



**Brutum fulmen Papae Sixti V. aduersus Henricum Sereniss.  
Regem Nauarr[a]e, : & illustrissimum Henricum Borbonium,  
Principem Condæum. Una cum protestatione multiplicis  
nullitatis.**

<https://hdl.handle.net/1874/451909>

# BRUTVM FULMEN

Papæ SIXTI V. aduersus Hen-  
ricum Sereniss. Regem Nauarre,  
& illustrissimum Henricum  
Borbonium, Principem  
Condæum.

VNA CVM PROTESTA-  
tione multiplicis nullitatis. 1586. in martio



Nahum 3.

Reuelabo pudenda tua in faciem tuam: & osten-  
dam in gentibus nuditatem tuam, &  
regnis ignominiam tuam,

P R A Y E R  
B E V A M E N

Conqueror.



# BENEDICTIONES

S. D. N. PAPÆ SIXTI V.

IN REGEM NAVARRVM  
ET PRINCIPREM  
CONDÆVM.

Pag. 1.

Exercemus arma militiæ nostræ  
contra duos iræ filios Henricū Bor-  
bonium, QVONDAM Nauarræ re-  
gem, & Henricum itē Bourbonum  
OLIM Principem Condensem. Ille  
hæreses ab ineunte adolescentia se-  
cutus pertinax earum patrocinium  
exercuit.

Pag. 2.

Idem reuolutus in cœno , caput,  
dux, & propugnator hæreticorum  
& perduellium, arma contra regem  
suum Christianissimum aduersus i-

psum & reliquos catholicos sumpsit:  
ciues regni ad suam capescendam  
impietatem verberibus coëgit: con-  
ciliabula hæreticorum habenda cu-  
rauit.

Pag. 3.

Princeps Condœus vtroque paren-  
te hæretico genitus, patris, & matris  
secutus hæreses, viam patris sui im-  
pijssimi catholicæ ecclesiæ persecu-  
toris ingressus, bellorum ciuilium &  
seditionum auctorem se præbuit, o-  
mne feritatis & sæuitiæ genus exer-  
cuit: proles detestabilis ac degener  
familiæ Borboniorum.

Pag. ead.

Pronuntiamus illos esse hæreticos,  
in hæreses relapsos, impœnitètes, hæ-  
reticorum duces & fautores, & læsa  
maiestatis diuinæ reos, & fidei Chri-  
stianæ hostes, priuatos illū Nauarræ  
regno, hunc & vtrumque eorumque  
postea

5

posteros omnibus principatibus, du-  
catibus, dominijs, & feudis, hono-  
ribus & officijs regijs : fuisse & esse  
inhabiles & incapaces ad illa reti-  
nenda.

Pag. 4.

Ac pariter priuatos, incapaces, &  
inhabiles ad succedendum in ducati-  
bus, principatibus, ac regnis, & spe-  
cialiter in regno Franciæ: & ex abun-  
dāti nos illos illorūmque posteros  
priuamus in perpetuum & inhabili-  
tamus ad successionem in ducatibus,  
principatibus, dominijs, & regnis, &  
signanter in Franciæ regno.

Pag. ead.

Proceres, feudatarios, vassallos, &  
ceteros omnes qui illis quomodo-  
cunque iurauerint, ab eiusmodi iura-  
mento & fidelitatis & obsequij de-  
bito absoluimus & liberamus: & in-  
terdicimus ne illis audeant obedire.

A 3

Pag. ead.

Monemus & hortamur Francorū  
Regem Christianissimū vt ad execu-  
tionem nostræ sententiæ incumbat.  
Datum Romæ 5.Id.Sept.anno 1585.

Psal.109

*Domine, maledicent illi & tu benedices:  
qui insurgent in me confundentur, seruus  
autem tuus lætabitur.*

# BRUTVM FVLME N

PAPÆ SIXTI V: ADVERSVS

HENRICVM SERENISSIMVM RÈGEM

Nauarræ, & illustriss. Henricum

Borbonium Principem

Condæum.

Vna cum protestatione & declaratione multiplicis  
nullitatis.

**Q**UOD nuper à Papa Sexto quinto  
Franciscano pronuntiata Declaratio  
est, pauloque post edita & promulga-  
ta, vt Henricus Sereniss. Rex Nauar-  
ræ, itemque Henricus Borbonius Illustrissimus  
Princeps Condæus primùm tanquam heretici  
notorijs ex communione Christianorū arceren-  
tur, tum ut imperiis, honoribus, dignitatibus o-  
mnibus, ac potissimum spe legitimè successionis  
regni Galliæ abdicarentur: deinde vt eorum  
clientes ac vassalli fidelitatis iuramento, quo il-  
lis obstricti sunt, soluerentur: postremò vt à po-  
tentissimo Rege Galliæ vi, ferro, armis, & calbris  
oppugnarentur: DE EA RÆ Supradicti Serenif-  
simi & Illustrissimi Principes ita protestati sunt:  
bona Catholicorum omnium pâce, saluâque re-  
ligionis utriusque concordia, quam iidem Prin-  
cipes magnopere in Gallia conseruari cupiunt,  
proscriptionem, siue DECLARATIONEM illam  
Papæ monachi Franciscani, contra iura omnia

diuina & humana pronuntiatam, editam, ac promulgatam fuisse: ob eamque caussam ipso iure nullam, ac pro nulla habendam esse: totamque illam furibundam execrationem nihil esse, nisi brutum Papatus R. fulmen, cuius inanes, vani ac ventosi sunt impetus: idque quatuor praecipue de caussis: nempe, propter temerarij iudicis incompetentiam, allegationis falsitatem, ordinis iudicialis defectum, & conceptæ formulæ stultitiam: de quibus eo, quo propositæ sunt, ordine, deinceps differemus.

### DE IUDICIS INCOMPETENTIA.

**P**RIMA igitur NULLITATIS caussa est temerarij iudicis incompetencia, quæ ex eo perspicitur, quod Papatus Romanus, qui sibi hoc in tantos Principes iudicium sumpliit, iam pridè à maxima Christianitatis parte, nempe Anglia, Scotia, Dania, Suecia, maxima Germaniæ, itemq; maxima Heluetiæ parte septem grauissimorum criminum nomine damnatus est: nimirū impietatis, tyrannidis in ecclesia occupatæ, corruptæ religionis, sacrilegij, maiestatis, perduellionis, & falsi. Certum est autem, etiam si nondum tatorum criminum dænatus fuisset, sed reus duntaxat factus, tamen, non dico iudicem ei esse non licere, sed ne infimum quidem ac tenuissimum hominem, ullius culpe aut delicti accusare, priusquam illis se omnibus criminibus idoneè purgasset: tamen

tum abest, ut in hoc rerum statu tantos & tam il-  
lustres ac potentes Principes tanti sceleris, preser-  
tim inauditos, & causa indicta, condonare possit.  
l.neganda, 19. C.de his qui accus. non possunt. l.si  
qui reus, 8. D.de public.iudi. quod idem ab ipsis  
Canonistis traditur. 4. quæst. i.c.i. 25. q.i.c. omnes  
24. quæst. i.c. ait, & duobus capp. seqq. Quinetiam  
illud accedit, quod cum in hac supradictorum  
principum causa de re & statu ipsius Papatus po-  
tissimum agatur, nulla nec civilis, nec naturalis  
ratio patitur, eum rei suæ iudicem sedere, sibi q;  
de re propria ius dicere. l. qui iurisdictioni, D.de  
iurisd. l.i.C. ne quis in sua cauf. iud. l.Iulianus, 17.  
de iudic. Quod si Papa iudex in hac causa non est  
idoneus, sed incompetens & incongruus, quem-  
admodum ex iis quæ posterius dicetur dilucidè  
constabit: sequitur, ut sententia ab eo pronun-  
tiata ipso iure nulla sit, & per se, ac sine appella-  
tione villa concedat. l.i. & paf. C. si à non coper.  
iud. l. 6. §. quod si quis, D.de iniust. rupt. test. Plu-  
rimum autem mometi habiturum esse apud ma-  
gistratus, atque ordines, ac præsertim apud Par-  
lementa regni Gallici supradictæ maximè Chri-  
stianitatis partis iudiciū atque autoritatē, dubi-  
tare non possumus: cum omnium gentium hoc  
ius esse constet, ut in deliberationibus, præsertim  
arduis & grauibus, semper ex maioris partis sen-  
tentia iudicetur. l.itē si unus, 17. §. vlt. & l.seq. D.  
de recep. arbit. præsertim ubi maior pars non tan-  
tum ex personarum numero, verū etiam ex uni-  
uersi ordinis modo & quantitate cœsetur: veluti

cum è tribus iudicū paribus duæ discessionem faciunt: putà octo è duodecim.l. 3. de decret.ab. ord.fac.l.3.& l.4.D.quod cuiusq; vniuer.l.nomi nationū,46.C.de decurio.l. quod maior. 19. D. ad municipal. Angliā autē, Scottiā, Daniā, Suetiam, maximam Heluetiæ & Germaniæ superioris & inferioris partem facile duas Christianitatis partes è tribus obtinere, ac proinde magnū apud ordines & Parlamenta Galliæ pondus atq; auctoritatē habituras, pro singulari nostro de prudentia illorum iudicio ambigere nec possumus, nec debemus. Quin ne illud quidem prætermittendum videtur, Papam non tantū à maxima Europæ parte pro incongruo & incópetente iudice reiectum esse, verùm etiā ab iis Ecclesiis & nationibus, quæ in Africa, Ægypto, Syria, Oriente, Asia, & Græcia nomen suū inter Christianas Ecclesias profitentur.

## CRIMEN IMPIETATIS MVLTI PLEX, AC PRIMVM DE ARROGATA diuinitate.

**P**rimū igitur crimen, cuius à maxima Europæ parte Papatus coniunctus & condemnatus est, dicimus esse Impietatē, cāque triplicem: primū quia Papa sibi Diuinitatem asciscit: deinde religionem Christianā illudit ac deridet: postrem falsas & cōmentitias religiones in Ecclesiam inducit. Primæ impietatis testimonia hæc sunt: Papa D E V M se appellari, & gaudet, & gloriatur.  
*diss.*

dist. 96. c. satis: vbi scriptum ita est: *Satis ostenditur  
 a seculari potestate nec ligari prorsus, nec solus posse  
 Pontificem, quem constat à pio Principe Constantino  
 D E V M appellatū: cùm nec Deum posse ab hominibus  
 indicari manifestum sit.* Quem locum Augustinus  
 Steuchus patronus Papæ vehementissimus eiusdēq;  
 Bibliothecarius in lib. de donat. Constat. pag. 141  
 laudans, & cōmemorans, ita subiungit: *Audis sum-  
 mū Pontificē à Constantino D E V M appellatū, & ha-  
 bitum pro D E O ? Hoc videlicet factum est, cùm cum  
 praeclaro illo edito decorauit, A D O R A V I T V T I  
 D E V M, uti Christi & Petri successorem: diuinos ho-  
 nores ei, quoad eius potuit, contulit, velut viuam Chri-  
 sti imaginem veneratus est. Hæc Steuchus in supra-  
 dicto libro, edito Lugduni anno 1547. Ex eodem  
 impietatis genere illud est glossæ in præfat. Cle-  
 ment. *Papa nec Deus est, nec homo, sed neuter est inter  
 utrumque.* itēmque illud alterū in c. fundamēta, de  
 elect. in 6. vbi, cùm in textu scriptum esset, Papam  
 nulli homini subesse, ita subiungit, *Et in hac parte  
 Papa non est homo, sed Dei vicarius.* Sequitur altera  
 blasphemia, ex libro Ceremon. Pontifical. i. tit. 7.  
*Papa, inquit, in nocte nativitatis Domini benedicit  
 ensem, quem postea donat alicui principi, in signum  
 infinitæ potentiae Pontificis collatæ: iuxta illud, Data est  
 mihi potestas in cœlo & in terra. Item, Dominabitur à  
 mari usq. ad mare & à flumine usq. ad terminos orbis  
 terrarū.* Sed nulla capitalior usq; ac detestabilior  
 blasphemia reperitur, quām illa est in c. quoniam,  
 de immunit. in 6. vbi Papa Ecclesiam catholicam  
 sponsam suam appellat. *Nos Inscriptam nostram, in-**

quit, & Ecclesiæ S P O N S A E N O S T R A E nolentes  
 negligere &c. Nam inter omnes constat, solius  
 Christi esse hoc proprium, ut vir Ecclesiæ ap-  
 pelletur, Ecclesia ipsius spōsa: velut apud Pau-  
 lum 2. Corinth. 10. *Adiunxi vos uni viro, ad exhibe-*  
*bendam virginem castam Christo.* Sed alia audiamus.  
 quale illud est i. dist. 93. Papa is est, cui tota parere  
 debet Ecclesia. Item, c. inter corporalia, de transla-  
 prælat. quando Papa dissoluit matrimonium, vi-  
 detur quod solus Deus dissoluit: quia Papa cano-  
 nicè electus est Deus in terris. Feli. in c. ego N. De-  
 iureiur. Papa gerit vicem in terris, non puri homi-  
 nis, sed veri Dei. Item c. si papa, dist. 40. si Papa ca-  
 teruas animarum in inferos detruderet, non tam  
 cuicquam liceret ex illo quererere, Cur id fa-  
 cis? Ecquis est de Christiana religione bene sen-  
 tiens, qui in his verborum portentis non certissi-  
 mum Antichristum agnoscat? de quo Paulus ita  
 loquitur 2. Thessal. 2. *Patefiet homo ille nefarius, filius*  
*inquam, ille perditionis, sese opponens, & effrenus ad-*  
*uersus id quod dicitur D E V S , aut N umen: adeò, ut*  
*in templo Dei sedeat ostentans se quasi sit Deus.*  
 Quid? q̄ etiā profiteri ac palā prædicare ausus est,  
 tantam esse vim tamque sanctitatem sedis suæ,  
 vt quicunque ganeo, & quantumuis impius,  
 periurus, sceleratus in ea considererit, confessim ex  
 illa sessione sanctimoniam hauriat? cuius nefariæ  
 blasphemiae testimonium hoc extat in c. non  
 nos, distin. 41. *Beatus Petrus perennem meritum*  
*dotem cum hereditate innocentia transmisit ad pos-ter-*  
*ros, quod illi cōcessum est per actū lucem, ad illos per-*  
*mitet*

tinet, quos per conversationis splendor illuminat. Quis enim SANCTVM dubitet esse, quem apex tanta dignitatis attollit? in quo si desint bona acquisita per meritum, sufficiunt quae à loci predecessore prestantur. Quid? Annon illam audire fabulam videmur, quam poetæ de tripode Pythia confinxerunt, & alta quadā specu, vnde anhelitus sic afflabatur, ut simulatque Pythia vates in illa tripode cōsedisset, hausto à tergo diuinationis spiritu confessim oracula funderet? Strab. 9. & tamen execrata illa Papæ Symmachi blasphemia paulò post in c. multi, aper-tissimè Chrysostomi verbis coarguitur: ex quo & aliis sexcētis Gratianici Decreti locis de illius libri stultitia existimari potest. Sed age: nunc alia testi-monia proferamus. Papa est Deus in terris, secun-dū Bal. in l. vlti. C. sentent. rescind. Decius in c. i. de constitut. Felin. in c. ego N. de iure iurand. Papa & Christus faciunt vnum consistorium: ita quod excepto peccato potest Papa quasi omnia facere, quæ potest Deus, & à nemine potest iudicari: se-cundum Abb. in c. licet, de elect. & quæ facit, facit vt Deus, non vt homo: c. inter incorp. de translat. prælat. Cardin. Paris. in consil. 63. num. 162. volu. 4. Papa est quoddā numen & quasi visibilem quen-dam Deum præ se ferēs: vt ait Ludouicus Gomes. in reg. cancel. Papa potest de iniustitia facere iusti-tiam. c. debitus, de appellat. Papa potest contra A-postolum dispensare, & cōtra canones Apostolo-rum. 38. distin. c. lector. 87. distin. presbyter. Papa est supra ius. c. proposuit, de conceſ. præben. Factum à Papa reputati debet factum à Deo. cap. quanto. de

transla.prelat.quarum blasphemiarum partem e-  
 numerat Philip.Deci.in consil.137.diligenter pro-  
 tenui,num.3.volum.1.Iason autem præter illa su-  
 periora ex corundem Canonistarum sententia hæc  
 recenset:quæ tamen (ut facile apparet) nō probat.  
 Papa est omnia, & super omnia, secundum Baldum  
 in l.barbarius,De officio Præto.Papa supra ius, cō-  
 tra ius, & extra ius omnia potest:secundum Bal.in c.  
 cū super,de caus.prop.& pol. Papa est dominus do-  
 minantium,& ius Regis regum haber in suos subditos:  
 secundum Bald,in c.Ecclesia,vt lit.pend. Papa po-  
 test mutare quadrata rotundis : secundum Hostiens.  
 in c.cūm venissent de iudic. De potentia Papa du-  
 bitare sacrilegium est. l.sactilegij,C. de crimi.sacri-  
 leg.Papa enim est causa causarum.unde non est de e-  
 ius potestate inquirendum,quum prime causa nulla sit  
 causa:secundum Bald.in d.c.Ecclesia,vt lit.pendē.  
 & nemo potest dicere Papa,Cur ita facis? secundum  
 Specul.in tit.de leg.¶.nunc ostendendum.versi.89.  
 & Bald.in prælud. feud.Hæc ad verbum Iason in  
 consil.145.circa primam,num.3.vol.1.quæ eadem  
 rursus,paucis propè mutatis verbis inculcat,in cō-  
 sil.95.requisitus,col.pen.vol.4: Satis multa vide-  
 mūr primæ impietatis Papalis argumenta propo-  
 suisle, vt iam ab illustribus Regis Galliæ consi-  
 liariis,& Patlamétorum senatoribus intelligi pos-  
 sit, non sine iustissimis & grauissimis causis Pa-  
 patum à multo maxima Christianitatis parte re-  
 probatum ac repudiatur fuisse.sed tamen alia quæ-  
 dam insuper addemus, atque illud in primis: Pa-  
 pam tantam habere tum in Purgatorio, tum in inferis  
 potestatem

potestatem, ut quantū quantū velit animarū numerū,  
qua in illis locis cruciantur, per suas indulgentias libe-  
rare, & confestim in cœlis & beatorū sedibus collocare  
possit: ut est in Bulla Clemētis vj. & apud Ant. Flo-  
rent. part. 3. tit. 22. cap. 6. Papam habere tātam in  
cœlo potestatem, vt quē velit hominem defun-  
ctum canonifare, & in Diuorū numerū refer-  
re possit, etiam inuitis Episcopis & Cardinalib.  
omnib. Hæc Troilus Maluit. in trac. de canonif.  
sanct. 3. dub. Ex quibus & aliis cōsimili b<sup>o</sup> licebit  
agnoscere, quā vera illa fuerit Eberardi Salisbur-  
gensis quondam Archiepiscopi oratio annis ab  
hinc ducentis habita in publico Imperij Germa-  
nici cōuentu, quā ex Annaliū Ioh. Auētini lib.  
vii. proferemus, edito Ingolstadij anno 1554. Fla-  
mīes illi Babyloniae, inquit, soli regnare cupiunt: fer-  
re parem non possunt. non desinent, donec omnia pedi-  
bus suis procurcarint, atque in templo Dei sedeant,  
extollant erg<sup>s</sup> super omne id quod colitur. famēs opū,  
sitis honorum inexplicabilis est. Quo plura audo con-  
cesseris, eo plura appetit. porrigit digitum, & manū cō-  
cupiscet. Qui seruus seruorum est, dominus dominorū,  
proinde, ac si Deus foret, esse caput. Ingentia loquitur,  
quasi Deus sit. Leges commutat, suas sancit. contami-  
nat, diripit, spoliat, fraudat, occidit, perditus homo ille,  
quē ANTICHRISTVM vocare solent: in cuius fron-  
te blasphemie nomen scriptū est, D BVS SVM: errare  
non possum. In templo Dei sedet, longè latēque domi-  
natur. Hæc Eberardus. quinetiam apud eundem  
Auentinum eodem libro, hæc Imperatoris Fri-  
derici II. querimonia extat in epist. ad Ottone

Bauariæ Ducē scripta : Pontifices Romani affectāt dominationem atque DIVINITATEM , nempe ; ut ab omnibus haud aliter , imo magis quām Deus tī meantur . Nam multos Antichristos inesse Romanen-sibus illis cōstat : nec ullos alias exitio Christianarēligioni esse . Et paulò pōst : Homo ille , qui dicitur PA-P A , diuiniis nimirū auctus , maximo Christiana pietatis detrimento omnia sibi licere more tyrannorum putat . rationem actuum nemini , QVASI SIT DEVS , red-dere vult . Id quod soli Deo cōuenit ; surpat : se errare ; ullāue mendacijs religione astringi non posse . credi sibi impudētissimē , simūlque imperiose postulat . Hæc ille . Quinetiā Erasmus in Annot . Noui testam . I . ad Timot . c . i . testatur , suo tēpore in Theologorū scholis disputari hæc cōsueuisse . An Papa possit abrogare id , quod scriptis Apostolicis decretū est , an possit aliquid statuere , quod pugnet cum doctrina Eu-angelica , an possit nouum articulum condere in si-dei symbolo . Utrum maiorem habeat potestatem quām Petrus , an parem . Utrum possit præcipere An-gelis . An possit uniuersum purgatoriū tollere . Utrum simplex homo sit . ( O detestandam blasphemiam ) an quasi Deus participet utrāque naturā cū Christo : an clementior sit , quām fuerit Christus , cūm is non lega-tur quenquam à purgatorijs pœnis reuocasse : An solus omnium nō possit errare . Sexcenta id genus disputan-tur magnis editis voluminibus . Idque à magnis Theo-logis , præsertim professione religionis insignibus . Hæc totidem verbis Erasmus , Annotat . pag . 663 .

CRI-

F V L M E N.  
C R I M E N I L L V S Æ R E -  
L I G I O N I S.

37

**S**ed hæc, dicit fortasse quispiā, verborū tātūm  
Simp̄etas & blasphemia est. Facta igitur eiusdē  
Papatus impia & nefaria ē multis pauca, quasi ex-  
empli causa, proferam⁹: ut quiuis intelligat, Papas  
multis ab hinc seculis, Christianam religionem ir-  
risui ac illudibrio habuisse. Atque illud imprimis  
Gregorij septimi, quod Benonis Cardinalis, verbis  
exponemus. Imperator H̄ericus III, inquit, solitus  
erat frequenter ire ad orationem, ad ecclesiam sancte  
Marie, quæ est in monte Auērno, Hildebrandus autē.  
qui postea Papa factus Gregorius septimus appellātus  
est, cūm per exploratores suos omnia eius opera sollicitè  
inquiereret, locum in quo frequētius Imperator orabar,  
notari fecit: & quendam promissa pecunia ad hoc in-  
duxit, ut supra trabes ecclesiæ occulte lapides magnos  
collocaret, & ita aptaret, ut de alto supra caput orantis  
demitteret, & ipsum contereret. Quod minister tanti  
sceleris cūm festinaret implere, & lapidem magni pon-  
deris super trabes aptare vellet, lapis pondere suo eum  
traxit: & fracta sub trabibus tabula, & lapis, & ille  
mis̄er homo Dei iudicio in pavimentum ecclesiæ ceci-  
dit, & eodem lapide penitus contritus est. Cuius rei ge-  
ste ordinem postquam Romani cognoverunt, pedem il-  
lius miseri fune ligauerunt, & triduo per plateas urbis  
ad exemplum trahi fecerunt. Imperator autem solita  
clementia iussit eū sepeliri. Haec tenus Beno. Vnde in-  
telligitur quām detestabilis Papæ impietas fuerit,  
qui neque loci, in quo Imperator orabat, & quem.

B

Papa sacrum sibi esse profitetur, neque temporis quo idem orabat, rationem habēs, sed cæco furo-  
ri atque amentiæ suæ seruiens, Imperatori ac prin-  
cipi suo perniciem molitus est. Age porrò, & aliud  
impietatis testimonium ex eodem Benone profe-  
ramus. *Ioannes Portuensis Episcopus*, inquit, qui ini-  
mis fuerat à secretis Hildebrandi, ascendit in ambonē  
beati Petri, & inter multa, audiēte clero & populo ait,  
Tale quid fecit Hildebrandus, unde deberemus viui  
incendi. significans de sacramēto corporis domini, quod  
Hildebrandus, responsa diuina cōtra Imperatore quā-  
rēs, iniecit igni, cotradicentibus Cardinalibus qui assi-  
stebant ei. Præclara hæc sunt pietatis Papalis testi-  
monia in Gregorio V I I. Nunc aliud de Sylvestro  
I I. proferamus ex lib. *Ioannis Stellæ Veneti*, ad Pa-  
triarcham Aquileiensem Romanæ ecclesiæ tituli S.  
Marci presbyterū Cardinalē. Postremo, inquit, Roma-  
nus Pontifex Diabolo adiuncte fuit constitutus, hac tamē  
lege, ut post eius obitū & in anima & in corpore totus il-  
lius esset, cuius fraudibus tantā adeptus esset dignitatē.  
Post hoc quasiuit Sylvester à Diabolo, quandiu in pon-  
tificatu vieturus esset? Respondit, quandiu, inquit, in  
Hierusalem celebrabis viues. Postremo quarto Ponti-  
ficatus sui anno, cum quadragesimali tempore in Basí-  
lica sanctæ crucis in Hierusalem Romæ sacrificaret, fa-  
to se moriturum statim cognovit. Vnde pœnitentia du-  
ctus, errorem suum coram populo confessus est: roganit  
que omnes, ut corpus suum diabolicis artibus seductum  
membratim detruncarent, disiectūmque ac laceratum  
super currum imponerent, & eo loci sepelirent, quo spon-  
te ab equis foret vultum. Ferunt itaque Dei mutu, (vt  
scelerati

sceleratè discat apud Deum venia locum sibi relictum  
 esse, modo in vita pœnituerint) equos ipsos spote ad La-  
 teranensem ecclesiam peruenisse, ibidemque sepulcum  
 sūsse. Hæc Stella Venetus. Extat etiam Ioannis Ger-  
 sonis Parisiensis academiæ rectoris sermo quidam  
 Paschalisi, in quo scriptum reliquit, Papam Ioan-  
 nem XXII contendisse, artimas impiorum non  
 puniri ante diem iudicij. quam illius hæresim for-  
 titer Sorbonica eiusdè Parisiensis academiæ scho-  
 la damnauit, & Papam illum ad retractationē com-  
 pulit. Ex eodem impietatis genere illud est, quod  
 Raphaelis Volaterrani verbis proponemus ex i-  
 pfius libro Geogr. V. vbi de Papa Syxto IV. cuius  
 hic noster Quinctus & nōmen sumpsit, & pietatē  
 imitatur, commemorās, ita scribit: *Conscio & adiu-*  
*vante Pontifice coniurati Florentiam veniunt, & in e-*  
*adem sancte Reparate mane omnes ad missam & sacri-*  
*ficiūm conueniunt. Saluiatus interim cum suis clā ar-*  
*matis templo discedens, in curiam, ut vexilliferum allo-*  
*quatur, alio simulato negotio proficiscitur. eo tamē con-*  
*silio, ut orta cāde in templo ipse præsto esset, qui curiam*  
*simul cū magistratu inuaderet. Igitur dato signo, cū*  
*Eucharistia tolleretur (notetur insigne pietatis papa-*  
*lis testimoniu: Constituto, inquit, signo cum Eu-*  
*charistia tolleretur). Bādinus Julianū Medicē Lau-*  
*rentij fratrem confudit. Antonius, qui primas sibi par-*  
*tes depoposcerat, Laurentium ex altera parte aggredi-*  
*tur, post tergum: paululūmque infra iugulum fert. Cū*  
*ille statim ad clamorem conuersus ictum vitaret, itera-*  
*re vulnus volentem properè superfugit in edis sacra-*  
*rium proximum. Tum legatus Papæ (qui signum il-*

lud cædis faciendæ cötulerat, dū Eucharistia tolleretur) à ciuib⁹ comprehensus, & è templo in curia ductus, ac custodie traditus, pro viri dignitate traclatus est. Interea Saluiatus Pisanius Episcopus, qui cum vexillifero de industria sermonem protrahebat, ut finē expectaret, statim comprehensus, eodem die ad curia fenestrar⁹ suspensus fuit. Quo nuntio Pontifex accepto, Laurentium Medicem (quem fuga salutem sibi quæsyse docuimus) sacris interdit, quod Dei sacerdotes legatumque attigisset, bellumque Florentinis aperte decrevit. Hæc Volateranus: Ex quibus perspicuum cuius esse potest, quanti suam Eucharistiam Papæ facere soleant, in qua tamen adoranda, circumstanta, veneranda, & omni honoris genere afficienda, religionem omnem Christianam positam esse volunt. Sed aliud argumentum proferendum est. Nam quid certius ad demonstrādam Paparum impietatem afferri potest, quam quod omnium sermone celebratur, moris esse Romę, quoties Papæ peregrè proficisciuntur, vt illa Eucharistia equo alicui strigoso & exili imposita, cuius ex collo tintinnabulum propendeat, agasoni cuidam committatur, & inter lixas & calones cæteraque impedimenta, quasi aduentus Papæ prænuntia, præmittitur. Nam in libro Ceremon. Pontifical. i. section. ca. 3. scriptum ita est. Post eos dicitur per familiarem sacrificiæ rubro indutum, & baculum in sinistra habentem equus albus, mansuetus, portans sacramentum corporis Christi, habens ad collum tintinnabulum bene tintiens. Post sacramentum equitat immediatè sacrifasti: qui, ut ceteri prælati, habet equum totum coopertum bocasino,

bocasino, &c. Item section. 12. cap. 1. Dicitur post hos equus albus, phaleratus, māsuetus & pulcher, cum tintinnabulo ad collum bene sonante, qui capsulam vebit cum sacratissimo Christi corpore. Item ca. 4. Ante Pontificem semper prefertur crux per subdiaconum, & post crucem portatur corpus Christi super equum albū, cum campanella &c. atque hæc quidem pompæ Papalis instituta sunt: sed instituta duntaxat. Nam qui Romæ frequentes sunt, summo cōsensu & de præcursori iumento, & de eodem inter impedimenta præmitti solito attestantur. Extat liber à Iohanne Monlucio Episcopo Valentino scriptus, qui Romæ plurimas Regis Galliæ nomine legationes obiit, & de religione ad Reginam matrē inscriptus: cuius pag. 101. verba hæc sunt, ex Gallico in Latinum conuersa: *Quoties Papa peregrè proficiscitur, nemini honorem Eucharistie suæ præbere videatur, non illam manibus suis gestat: sed eam triduo vel quadruplo ante suū ex urbe egressum præmittit, equi tergo impositā, cui comites adiungit cantores, muliones, aganones, ceterāq; aula sua impedimenta, hoc est calones, liras, & curtianas. (verba illius hæc sunt.) Tum Papa qui se ipsius vicariū esse prædicat, sequitur stipatus Cardinalibus, Episcopis, & aliis eiusdem generis primatis. Vbi ad oppidum aduentat, tū id quod appellat corpus Christi, quod aliquandiū ibi quieuit, extra oppidum ei obuiā affertur: statimque nutu inter se, sine ulla voce, consalutant. simul illud iterum ante se præmittit sed quanto cūm honore? Papa sub umbone honorifico in urbem inuenitur: corpus Christi sub diu defertur. Quid opus fuerat illud Roma efferre, & in alterum oppidum.*

deportare, cum parrocchia nullasit, que hoc genere non abdinet? quid necesse est illud premittere, quarto, sexto, decimo ante Papae aduentum die? Si eo consilio Papa istud instituit, ut sibi obuiam ad comitandum & cohonestandum suum in urbem ingressum referatur, nullum tenue est oppidulum, ubi non eiusmodi corpora reperiuntur. si Roma efferri oportet, quidni Papa ipse exportat, aut certe secum deportari iubet: potius, quam inter iumenta sarcinaria & calones illud premittit? At qui si ad pluviā cœlitus impetrandam (ut Lutetia & aliis locis fieri consuevit) signum alicuius sancti sancteue ex uno templo in alterum deportetur, moris est, ut magna pompa & celebritate hominum id fiat: ut crescentes, vexilla, tæde ardentes, & alia ornamenta preferantur. Quinetiam plerunque iij qui simulacra illa deportant corpora nudi, ac linteis tantum amicti, aut certe nudis pedibus ingrediuntur. Et Papam non pudebit premittere id, quod credi vult esse corpus Christi, cui parvula laternula, & in capsula inclusum, equi tergo impositum. stipatum aula sua fecibus? Cui verisimile fiet, eum qui se caput ecclesia profuetur, tantum in se facinus admissurum fuisse, si vere creditisset Iesu Christi corpus sub illo sacramento corporaliter fuisse? Hæc Molicius. quibus addi etiam illud poterit, quod ex multorum Paparum auctoritate comprobatum, & palam in Romana ipsius ecclesia receptum ex libro conformitatum beati Francisci: fol. 72. Frater Franciscus dicendo missam in calice araneam inuenit: quam nolens proiicere, biberit cum sanguine. postea fricens crus, & scalpes, ubi pruritum sentiebat, ipsa aranea à crure exiuit sine lesione fratris. Item folio 67.

Quidam

*Quidam nomine Bonelus noluit credere quod hostia  
consecrata esset corpus Domini: & dixit quod sua asinæ  
na comederet hostias: quod audiens B. Antonius mis-  
sam celebravit, & hostiam consecratam asinæ detulit.  
& ostendit statim asinæ genu flexit, & capite inclinato  
reuerentiam exhibuit. quod videns Bonelus, catholi-  
cus est factus. An non ex huius asinæ schola didicis-  
se Papa videtur, quod superius diximus, cùm ad il-  
lum Eucharistia refertur, moris esse ut eam nutu  
& demissò capite salutem?*

### DE CONFICTIS RELI- GIONIBVS.

**R**estat tertium Papalis impietatis argumētū. Nam cùm & religionis Christianæ & Dei colendi formam à Christo & ipsius Apostolis præ scriptā, atque in noui testamenti libris traditā habeamus, & Deus totiès eos execretur, qui cōmentitias religiones in ecclesiā inuehūt: tamē Papatus noua nobis religionum figmēta inuexit, adeò ab-  
surdā & ridicula, ut in tanta calamitate gratiæ ta-  
men Deo immortali agendæ sint, quod rātam im-  
probitatem non nisi in stolidā ingenia passus est  
incidere. Figmenta religionum hæc fere sunt: pri-  
mū innumerabiles monachorum copiæ, Augu-  
stiniānorū, Battitorum, Benedictinorum, Bernar-  
dinorum, Carmelitarum, Capuchinorum, Cartui-  
sianorum, Cælestinorum, Dominicanorū, Fratrum  
ignorantium, Franciscanorū, Hieronymitanorum,  
Maturinorum: quorum ordines singuli proprias

habeat, & ab aliis separatas, cucullatarum togarū formas , variis coloribus distinctas : singuli proprias ac diuersas Deorum suorum colendorum, atque (vt aperte loquuntur) religionis suæ præscriptas formulas, ritus atque instituta, longè aliorum dissimilia. Eorum autem tanta multitudo est, vt in Europa nostra facilè excurrere numerus putetur ad millia quingenta . cuius rei non difficilis cōiectura est. nam Sabellicus Ennead. 9. lib. 6. scriptum reliquit, Franciscanorum sectam usque adeo per vniuersum orbem pullulasse, vt quadraginta provincias obtinuerit, & sub qualibet plures custodias conuentus (Guardianos vocant) & sexaginta millia hominum exisse. adeo vt magister vniuersi ordinis, quem Generalem vocant, sæpius auditus sit Papæ expeditionem in Turcas parati polliceri, ex Seraphici Francisci familia triginta bellatorū millia, qui bellica munera grauiter obire posse: nihil factoru cultu interpellato. Deinde commēta sunt miraculorū & doctrinarū adeo fabulosa, vt iam plerosque illorum tantæ stulticiæ non modo pigeat, verū etiam pudeat. Neque verisimile cuiquam hoc tempore videretur, tantam humani quondam generis vanitatem fuisse, tantamque religionis caliginem, nisi documenta sole ipso clariora extarent. Nam apud Romanos quidem & alias profanas gentes figmenta religionum fuisse absurdissima, nemo inficiatur. sed miseri mortales per ea tempora in tetricis ac tenebriscosis nubibus, & quasi nocte illuni, hoc est sine ullis Scripturæ sacrae monumentis versabantur. Verū ubi eiusdem scri-

scripturæ libri extiterūt, vbi Christus tanquam solis iubar generi hominum illuxit, cui verisimile videretur, Sathanā & Papas tantum per emissarios suos potuisse, ut in tanta luce tamen hominum oculos quasi fasciis præstringeret? Age igitur, & aliquot istius generis figmentorū exempla ex Franciscanorum & Dominicanorum monumentis de-promamus. Nam cùm hic Papa Sixtus ex illa Franciscanorum colluione prodierit, vidēdum est, cu-modo religionis formam ex illa schola nobis afferat. Primo igitur loco prodeat perulgatum illud oraculum, quod ex libro Cōformitatū Franciscanarum passim in ecclesia R. receptum atque approbatum esse docebimus. Franciscū, Petri Bernardonis filium, in ecstasi cum Christo cōmissum, atque compositum totidem plagis ac stigmatibus, iisdemque in locis à Christo compunctum fuisse, quot Christus in cruce pendens affectus fuerat: ob cāmque causam eum appellari I E S V M T Y P I C V M: hoc est, quasi Iesu crucifixi antitypum. ut quemadmodum character in cera signum imprimit, ita Christus sua in Francisci corpore vulnera impresserit: quemadmodū Iesus Christus est imago Patris, ita Franciscus sit imago Christi: denique ut Christus in Francisci corpore tanquam imago in speculo appareat. Vnde illud in eiusdem libri fronte nefarium atque abominandum carmen:

*Francise, I E S V T Y P I C E, dux normaque  
Minorum,*

*Sedes nobis perpetuè da regni cælorum.  
Iam verò ut quiuis intelligat, cuiusmodi stigmati-*

satio illa fuerit, quam ecclesia Romana credi ab omnibus fidelibus statuit, operæ pretium est, verba ipsa scriptoris attendere: siue potius monachi nostri Papæ Sixti, qui publicam illi scriptori fidem atque auctoritatem adiungi statuit. Nam fol. 228.  
*Non solum, inquit, manus & pedes fuerunt perforati, sed conclauati, ita quod clavi in eis apparuerūt. deinde clavorum capita erant nigra: cùm tamen carni vel nervis similes esse deberent, ex quibus facti erant: tertio capita clavorum erant oblonga & repercussa, cùm tamen martellus nec ictus affuerit. quarto in loco ossoso & non molli stigmata sunt impressa. quinto licet clavi essent carnei, vel nervi, ad instar tamen ferri erant duri fortes & solidi. Sexto ipsi clavi non erant breues, solum acumina habentes, seu capita: sed erant longi ad partem aliam resultantes. Septimo, clavi non stabant ex parte alia longi, sed recurvati, sic ut digitus intra recurvationem arcualem ipsum immitti valeret. Octavo cùm clavi essent facti ex carne, vel nervis, & ex utraque parte pedum & manuum resultarent, & excederent, profectio non erant nec pedes, nec manus deformatae, vel contractae. Nono clavi erant circunquaque à carne alia separati, ut pecia circum circa ponerentur, proper sanguinis restrictionem. Decimo clavi mouebantur, & tamen à manibus nec à pedibus remoueri poterant cum B. Clara & alijs hoc facere attentassent. Undecimo cicatrices clavorum & lateris per tantum tempus non sunt putrefacta, scilicet per duos annos & ultra. Duodecimo vulneris laterale erat ad instar vulneris Christi. Insuper miraculum erat, quomodo B. Franciscus, cum maximū haberet*

haberet dolorem ex apertione corporis in quinque locis,  
 videlicet manibus, pedibus, & latere, & sanguis iugiter  
 à locis predictis emanaret, potuerit per tatum tempus  
 vivere, scilicet post biennium quod superuixit à stigma-  
 tum susceptione. Audisne hæc Monache Bardocu-  
 colle noster, qui cum per tot annos Franciscanici  
 ordinis Antistes generalis, & magister summus  
 fabulas istas in tuis scholis tradideris, nunc eiusdem  
 ordinis columen, & vniuersæ (vt ais) Ecclesiæ Pa-  
 stor factus, eadem hæc portenta nobis pro diui-  
 nis oraculis tradere conatis? Quid an siquid in te  
 aut Franciscanis tuis pudoris aut verecundiæ resi-  
 deret, manerentne Blæsis, nobilr Galliæ ciuitate, ne-  
 farium illud de Francisco Bernardone palam pro  
 templi foribus inscriptū elogium : **QVÆRITVR**  
**PECCATVM ILLIVS : ET NON INVENIETVR?**  
 Sed iuuat nos, vnde istis oraculis auctoritatem  
 asciscat, paulisper exponere. Nam paucis post ver-  
 sibus ita loquitur: *Diabolus dixit, quod Christus vi-  
 dens Franciscum sibi datum pro significe o tanti ordinis,*  
*ipsi suorum vulnerum stigmata impressit, & clavos in*  
*manibus & pedibus, & in latere dextro, vulnus. Hæc*  
*Diabolus. & quare sit factum, Diabolus adiuratus à*  
*quodam sacerdote de veritate dicenda, post plura, per*  
*os mulieris apud Rauennam morantis, nomine Zan-*  
*teze, sic inquir: In cœlo sunt tantum duo signari, scilicet*  
*Christus & stomachus Franciscus. Scies igitur Chri-*  
*stus se daturum illi stomacho bullam suorum stigma-*  
*tum, non permisit illi accipere à Papa bullam, manu*  
*hominis fabricatam. Hæc diabolus: Verba hæc sunt*  
*totidem literis exscripta ex eodem Conformatum*

lib. fol. 230. col. 4. & fol. 231. col. 1. Ex quibus intel-  
ligi licet, quantū auctoritatis istis oraculis & huic  
præclaro illorum testimonio à Sathanā prolatō  
debearunt: cùm neque Christus, neque Apostoli  
ferre potuerint, vt vllum sibi testimonium præ-  
beret. Nunc generosi & illustres Regis Galliarum  
consiliarij pro sua prudentia deliberent, cùm Six-  
tus quartus, & Sixtus quintus ambo Franciscani,  
& Franciscanorum antistites, & alij Papæ complu-  
res commentitias istas, & blasphemias fabulas in  
Ecclesiam inuexerint, ac tandem sua auctoritate  
confirmarint, hodiéque tātopere confirmant, vtrū  
iure an iniuria sint à maxima Christiani orbis par-  
te sceleris atque impietatis damnati. De quo vt  
commodius deliberate possint, alterum item lo-  
cum ex cod. libr. foli. 231. subiungemus, vbi scrip-  
tum ita est: *Franciscus in monte sacro Aluernie cor-*  
*poraliter eleuatus est, ut frater Leo socius cum vidit.*  
*Aliquando enim inuenit eum in aère, per tantum spa-*  
*zium eleuatum, quod vix poterat tāgere pedes eius, &*  
*tunc ipsos amplexabatur cum lachrymis. aliquando in-*  
*uenit eum usque ad medios fagos eleuatum à terra.*  
*Aliquando inuenit eum in tanta altitudine eleuatum,*  
*quod vix eum videre poterat. Et sepe inuenit eum*  
*frater Leo cum Christo loquentem. O bone Iesu! quis*  
est, cùm ista portenta verborū audit, qui non toto  
corpore perhorrescat? Nam quid aliud est populo  
ista pro concione tradere, quam Franciscum Deū  
corporatum facere, eumque Christiano populo  
adorandum proponere? Et tamen tertiiora etiam  
ac turpiora sequuntur. Nam fol. 232. Franciscus ipse  
his

his loquens verbis inducitur. Post hæc D. Iesu crucifixus manus suas corpori meo applicavit, & primè manibus, secundo pedibus, tertio stigma lateris cum vehementissimo dolore sensi: & cum magna voce clamoris mei qualibet vice impressit, & verba quedam secreta mihi dixit, quæ nulli adhuc homini reuelauit. Ecquem hoc seculo tam excordem futurum Cucullifer Sixtus noster putat, vt istis blasphemis ac nefarijs fabulis fidem habeat? vsque eó ne consiliarios Regis Galliæ & parlamētorū senatores stupidos ac bardos fore arbitratur, vt nō impia ista cōmenta simul cum illorum auctore Petri Bernadonis filio execrētur? Nisi dicat fortasse quispiā, quibus in claustris & carceribus monachorum hæc nata sunt, in ijs eadem hæc arcanò concludi, & quasi mysteria Cereris coerceri: neque quemquam esse hodie tam expertem ingenij, qui non has norit esse fabulas aniles, & delirantium somnia. Verum ex aduerso ecce nobis in manibus decreta Paparum horrifica, quibus seuerissimè interdicunt, ne quis de historiarum istarum fide dubitare audeat: sanciūntque vt in Ecclesia catholica Romana recipientur: si quis secus senserit, tūm is pro hæretico & schismatico habeatur. Nam eiusdem libri fol. 234. col. 3. scriptum ita est: *Papa Gregorius IX de sanctitate B. Francisci, & de eius stigmatibus plures bullas fecit, in quibus afferit B. Franciscum stigmata D. Iesu veraciter in suo corpore impressa à Christo habuisse: ET HOC TENENDVM MANDAT FIDELIBVS, & credendum, & sub nota hæresis puniendum, oppositum sapientem:*

Dominus Alexander IV, qui stigmata vidit proprijs oculis B. Francisci, ipso B. Francisco adhuc viuente, qui in bulla sic loquitur: Stigmata in eiusdem sancti corpore, dum adhuc vitali spiritu fueretur, viderunt oculi fideliter intuentes, & certissimi contrectantia digiti palpauerunt. Tertio D. Papa Nicolauſ III. dedit similem bullam. quartò D. Papa Benedictus XII. Et cum S. Romana Ecclesia determinatio sit veriffima, & certissima (ipsa enim Romana Ecclesia tanquam magistra sequenda est in omnibus. dist. II. in fi. dist. II. c. I. & seq. & dist. II. c. reputatur dist. II. c. omnes, in fine. & qui contra eam loquitur, hereticus reputatur. dist. II. c. omnes. quod ipsa nunquam à tramite Apostolice traditionis errauit. 24. q. I. ad quam in dibis & arduis est recurrendum. dist. II. c. palam. dist. II. preceptis. 24. q. I. c. quoties. ipsaque valet omnes indicare, de ipsa iudicare nulli permittitur. II. q. 3. episcopo. §. Sola. 17. q. 4. nemini.) & ipsa Ecclesia Romana declarauit B. Franciscum stigmatizatum à Christo, ut patet ex bullis prefatis. Quare hoc est firmissime, tanquam verum, tenendum, & oppositum tenentem ut HÆRETICVM ab omnibus despiciendum: & præsertim cum dicti, duo summi Pontifices Gregorius & Alexander non solum oculis propriis viderint, sed fide dignis testibus hoc esse attestatum dicant expresse. Et mox col. 3. Sexto B. Francisci stigmatizatio authenticatur etiam testimonio malignorum spirituum, de quibus supra dictum est. Hactenus ex libro Conformatum, fol. vt dixi. 234, vt iam perspicuum omnibus esse possit, non de nihilo esse, quod tantopere hæc

hæc vrgemus. Neque enim pro leuibus nūgis &  
 ludicris narrationibus hæc haberi Monachus no-  
 ster Regum & Principum excommunicator pa-  
 tietur: præsertim cùm in Franciscanorum ceno-  
 tandiu voluntatus, nunc illius se ordinis patronum  
 ac defensorem profitetur: & eos pro hæreticis ha-  
 beri iubet, qui eccl. Rom. non vñquequaque fidē  
 atque auctoritatem adiungent. Qua de re ne cui  
 dubium esse possit, non vno hæc illius libri loco  
 traduntur, hoc est, folio 234. verum etiam in ipso  
 libri exordio fol. 3. his verbis: *In quo sancto, prodigiosa stigmatizatio facta est? Certè in nullo alio, nisi in*  
*beato patre nostro Francisco: ut afferit ECCLESIA*  
*ROMANA, & fidelibus ingerit ad credendum. De-*  
*inde etiam Papa Benedictus festum de stigmatibus co-*  
*lendum concessit ordini. Quintam Antoninus Epi-*  
*scopus Florentinus, lib. Historia. 3. tit. 24. §. 10. ita*  
*loquitur: Papa Alexander IV. anno C 13. CCLIII.*  
*montem Aluerniæ propter impressionem sacrorum sti-*  
*gmatum ibi factam in corpore S. Francisci in speciale*  
*protectionem assumens immediate, Romanæ ecclesiæ*  
*ipsum subiiciens, B. Franciscum multis laudibus extol-*  
*lendo, montem illum sacrum à fratribus nunquam re-*  
*linqui præcepto efficaci mandauit. Eodem anno Ana-*  
*gnie existens misit unum seruum Christi fidelibus li-*  
*teras deferentem, iuxta seriem literarum Gregorij ix.*  
*de sacris stigmatibus B. Francisci, in quibus innuit se*  
*illa proprijs oculis vidisse. Item alias literas misit*  
*Archiepiscopo Genuensi, præcipiendo ut illos qui de*  
*imagine S. Francisci in Ecclesia S. Mariae & mini-*  
*sterio S. Xisti malitiosè deleuerant stigmata, citaret*

personaliter coram ipso , pro meritis recepturos ultio-  
nem , inhibendo sub interminatione anathematis ne-  
quis de cetero similia attentaret . Nicolaus tertius Pa-  
pa circa annum C I O C C L X X X . misit literas uni-  
uersis Christi fidelibus de sacris Francisci stigmatibus  
certum testimonium continentes . Hæc Antoninus . ut  
iam dubium nemini esse debeat , quin Christia-  
ni omnes , præsertim hoc Monacho Franciscano  
in ecclesia dominante , comparati esse debeant ,  
vel ad subeunda supplicia schismaticis & hereti-  
cis constituta : vel ad ista Franciscanorum comen-  
ta pro diuinis oraculis , ab ecclesia Romana tradi-  
tis , amplectenda . Atque ut maior & commodior  
optionis facultas sit , nō alienū videtur , alia quædā  
ex eodem Conformatitatū volumine insignia pro-  
ferre , quale illud est fol . 66 : *Quidam ciuis , inquit ,*  
*dormiuit , & raptus in cœlum vidi Christum , B.*  
*Mariam , & alios sanctos , qui processionaliter ibant*  
*omnes , Christo & matri reverentiam exhibentes . Sed*  
*cum B. Franciscū nō videret , Angelo ipsum duceti di-*  
*xit , Vbi est B. Franciscus , cum suis in isto loco ? Ange-*  
*lus respondit , Expecta & videbis B. Franciscum , &*  
*quem statum habet . & vidit : & ecce : Christus eleua-*  
*uit brachium dextrum , & de ipsius vulnere laterali*  
*exiuit B. Franciscus cum vexillo crucis explicito in*  
*manibus , & post ipsum maxima multitudo fratrum , &*  
*aliorum . Tunc ciuis ille bona sua dedit fratribus , &*  
*factus est frater minor . Item fol . 2 . B. Franciscus re-*  
*præsentationem faciens Nativitatis , Christum in ul-*  
*nis habuit : & dum oraret Virginem , ut sibi consolatio-*  
*nem de Iesu paruulo faceret , Virgo ipsa pulcherrima*  
*assituit ,*

astitit, & in brachiis B. Francisci à principio noctis v  
 que ad diem, tenendum & osculandum præbuit & con-  
 cessit. Ridicula hæc sunt, dicit aliquis: & planè nu-  
 gatoria: sed hæc nugæ (vt quondam dictum est) se-  
 ria ducunt, simul ex iis intelligitur, quā impiè Pa-  
 pe illi superiores ecclesiæ Christianæ in confin-  
 gendis religionibus illuserint, cum Bartholomei  
 nescio cuius Pisani opera in his consarcinandis  
 fabulis, & S. scripturæ loco imperitæ multitudi-  
 ni obtrudendis sint vsi. Quid? utrum hæc ludi-  
 cra dicenda sunt, an verò detestanda & execra-  
 bilia, quæ fol. 18. his verbis scripta sunt: Franci-  
 scus plus fuit, quam Iohannes Baptista, quia Iohannes  
 Baptista tantum fuit pœnitentie prædicator, Fran-  
 ciscus fuit prædicator, & ordinis pœnitentie institu-  
 tor. ille fuit præcursor Christi: hic prædicator & signi-  
 fer Christi, qua in re Ioannem ipsum excedit. Item,  
 Ioannem Franciscus præcedit, quia plures ad Domi-  
 num conuertit, & pluribus in locis, videlicet in toto  
 mundo. Iohannes duos annos & parum plus prædica-  
 uit: Franciscus xvij. annos. Iohannes verbum de pœ-  
 nitentia accepit à Domino: Franciscus à Domino &  
 à Papa: quod plus est. Iohannes Baptista qualis esset  
 futurus, per Angelum patri, per Spiritum sanctum,  
 & Prophetas fuit declaratus. S. Franciscus vero à  
 Prophetis, à D. Iesu Christo, item per Angelum ma-  
 tri & famulis in specie peregrini declaratus. S. Iohan-  
 nes in utero & extra prophetauit: B. Franciscus in  
 utero, id est, in carcere apud Perusium captus, cum  
 gaudio se magnum futuron prædixit. S. Iohannes a-  
 micus spōsi: B. Franciscus similis Domino Iesu Chri-

st. Ioannes mundo singularissimus fuit sanctitate:  
 Franciscus excellentissimus fuit ad Christum p̄e aliis,  
 stigmatizationis conformitate. S. Ioannes in ordine  
 Serafico sublimatus: B. Franciscus in ipso ordine  
 in sede Luciferi collocatus. Quid est Christianam  
 religionem, & sacram de Ioanne Baptista histo-  
 riā irridere, si hoc non est? O Deus, vltionum  
 domine, quandiu monstra ista Paparum sacro-  
 sanctæ Maiestati tuæ, tam contumeliosè illude-  
 re patiere? quandiu eos impunè in tēplo tuo san-  
 ctissimo debacchari fines? At enim locus est,  
 in eodem illo blasphemiarum prōptuario alius  
 propè detestabilior, nam pag. 39. Franciscus, in-  
 quis, est melior apostolis, quia illi nauem tantum &  
 alia reliquerunt, non tamen vestimentum, quod in dor-  
 so habebant. B. verò Franciscus non solum omnium  
 terrenorum facultati abrenuntianit: sed etiam pan-  
 nos & fœmoralia reiecit, atque mundū corpore & mē-  
 te se obtulit brachiis Crucifixi: quod de nullo alio san-  
 cto legimus. unde bene poterat Christo dicere, Reli-  
 qui omnia, & secutus sum te. Vbi sunt Pharaones,  
 & Pharaonum deteriores satrapæ, qui Magorū  
 præstigias Mosis miraculis potiores ducunt: &  
 his se monachalibus portentis oblectari simu-  
 lant, ut plebem imperitam à Scripturæ sacræ le-  
 ctione ac studio remoueant: & suis ciuibus qua-  
 si pro pecudibus ac brutis abutantur? Credita ta-  
 men hæc sunt superioribus sæculis, nec mirum,  
 cùm Paulus tam aperte prædixerit, Antichristū  
 ventrum cum efficacia Satanæ, cum omni po-  
 tentia, & signis, & prodigiis mendacibus: & cum  
 omni

omni fraude iniustitiae, in iis qui pereunt, pro eo quod amorem veritatis non receperunt, ut saluerent. Propterea igitur mittet illis Deus efficaciae deceptionis, ut credant mendacio: ut omnes qui non crediderunt veritati darentur. 2. Thess. 2.

### FIGMENTVM DOMINICA- NÆ RELIGIONIS.

**V**erum haec quidem de conflictis in Francia Bernardonis persona religionibus hanc dicta sint. deinceps de alterius monachi, nomine Dominici, commentis videamus. in quibus primus ei nefariæ comparationi debetur locus, qua Dominicus (ignoscat nobis Deus misericordiæ pater, qui has blasphemias commemorare cogimur) cum Deo Christo contenditur. Nam apud Antonium Episcopum Florentinum in Historial. part. 3. tit. 23. & tit. 24. scriptum ita est, *Dominus Christus, inquit, est dominus absolute & auctoritatiæ. Dominicus possedit. Ipse habuit multas visiones diuinæ: semel vidi Chrustum volentem mundum iudicare, & finire: sed Virgo maria rogauit quod expectaret, & mitteret prædicatores Dominicum & Franciscum. & iterum cum vidi cœlum apertum, & de omni genere religionum fratres in gloria: & suos Dominicanos non vidi, sed à filio Dei fuit dictum quod erant sub chlamyde Virginis Mariae, quos ibi vidi: & dicit quidam magister ordinis minorum, qui composuit librum magnum de B. Dominico valde magistrale, quod in dicta visione posset dici, quod tunc viderit*

Dominicus Deum per essentiam , sicut Paulus in raptu. Apparebit autem magna similitudo eius ad Christum, ex discursu vita & operu eius. Itaque quia dominus Christo similis, aptissime denominatus est Dominicus. Dominus ait , Ego sum lux mundi: Ecclesia de Dominico canit, Vos estis lux mundi. Dominus prophetæ omnes testimonium perhibent. Act. 10. De Dominico & ordine suo Zacharias cap. 11. dixit in persona Dei , Assumpsi mihi duas virgas , unam appellauit Decorem, aliam Funiculum. Decore est ordo Predicatorum, Funiculus ordo minorum: quia funiculo manifesto cinguntur. Antequam Dominicus nasceretur in mundo, imagines duorum depictæ cernebantur Venetiis, in ecclesia S. Marci: quarum una erat ad modum religiosi, in habitu ordinis predicatorum, cum lilio in manu. Altera similitudinem habebat Apostoli Pauli, prout pingi consuevit: super quam scriptum erat AGIOS PAVLVS, sub figura vero ad pedes , sic, PER ISTVM ITVR AD CHRISTVM: sub figurâ alterâ scriptum erat, AGIOS DOMINICVS, sub ipso vero , FACILIVS ITVR PER ISTVM. Nec mireris de scriptura huismodi, quia doctrina Pauli, sicut & ceterorum Apostolorum, erat doctrina induens ad fidem. Doctrina Dominicæ ad observationem consiliorum, & ideo facilius per ipsum iter ad Christum. 2. Dominus nascitur super terram nudam, sed ne nimis laedatur à frigore, à matre Virgine in praesepio collocatur. Dominicus natus infantulus sub nutricis custodia positus, egreditus è lectulo, quasi iam carnis delicias abhorreret, super nudam terram iacere sapientis est repertus. 3. Do-

mino

mino nato sydus coruscans emicuit, quod magos ad ipsum perduxit, per eum mundum vniuersum illumina-  
 nandum insinuans. Dominicus oritur, & super baptizandum mater spiritualis stellam aspexit in fronte, nouum iubar premonstrans seculi. 4. Dominus duodennis à parentibus in templum adductus in eo permanxit puer solus. Dominicus à propinquis in puerilibus annis ad ecclesiam fertur diuino imbuē-  
 dus officio in ea relictus. 5. Abinde usque ad iu-  
 uenilem etatem de Domino authenticè nihil repe-  
 rimus, nisi quia proficiebat etate, ut verus homo, sa-  
 pientia & gratia apud Deum & homines: sed hoc  
 apparenter. Dominicus autem non solum corpore cre-  
 scebat, sed & mente virtualiter. 6. Dominus cùm  
 à Ioanne baptizaretur in Iordane, descendit Spiritus  
 sanctus in columba super eum, ad designandam ple-  
 nitudinem gratiae, desertumque petiit. Dominicus  
 fame inualescente in vniuersis Hispanie partibus  
 cùm videret egentes plurimos, neminemque consola-  
 torem, in feroore spiritus, venditis libris & suppel-  
 ledili premium pauperibus dispersu, & dedit, & Spi-  
 ritu sancto quasi nouiter & apparenter repletus, sta-  
 tim regulam sub Didaco Episcopo apprehendit, ut  
 alterum baptismum & spirituale desertum à delitiis  
 & mundalibus sequestratum. 7. Dominus post  
 discipulos congregat paucos, & in breui multiplicat,  
 mittens eos binos ad prædicandum regnum Dei. Do-  
 minicus ex modicis ad vitam religiosam secum as-  
 sumptis, ad multitudinem prouehitur copiosam, quos  
 ad euangelandum destinauit, & sanandum infir-  
 mos. 8. Dominus elegit paupertatem in se & Apo-  
 mos.

stolis: sed habebat loculos à fidelibus oblata confertuans, eosque Iudas deferebat: sed Dominicus verus, erat paupertatis amator, fratres suos ad ipsam exhortans. 9. Dominus quando ducebat discipulos, ita famelicos, ut per sata transeuntes, spicas vellentes manibus confricarent ad edendum: & cum esset iam meridies fatigatus ex itinere misit eos in Sichar, ad emendum cibos, & inde forte p̄e fame non lotis manibus manducabant aliquando. De qualitate ciborū satis creditur non comedisse carnes, nisi agnum Paschalem, propter obseruantiam legis. Dominicus Patriarcha, qui aliquando totam quadragesimam, non quidem sine cibo, sed pane & aqua peregit, hāc appetitatem suis moderauit, vinum & lacticinia concedens. 10. Forte aliquis dicet à similitudine dispare, quod Dominus discipulis suis dixerit, Ne que calciamenta habebitis in pedibus: cum tamen Dominicus cum suis calciati procedant in publicum. Sed sciendum, quod mandatum illud temporale exitit, super quo dispensauit in ultima cœna. nam & Dominum calceatum videre possumus in eo quod ait Baptista, Cuius nō sum dignus soluere corrigiam calceamentorum eius. Petro quoque in Actis dictum fuit ab Angelo, Accipe caligas tuas, nisi quis dicat caligatum fuisse, sed non calceatum: quod non est consuetum. Et Marcus optimus eius imitator calceamentum eius fractum cerdoni obtulit ad resarcendum. sic igitur Dominus & discipuli aliquando calciati, aliquando dis calciati incesserunt. Et sic Dominicus in urbibus calciatus, extra, in itinere frequenter dis calciatus habebat. 11. Dominum natum nō alia persona quam mater

mater sua virgo Maria pannis inuoluit: & iam adul-  
to tunicam suam inconsutilem, & alias uestes mater  
ipsa consilio manuum suarum texuit: cuius autem co-  
loris fuerit non inuenitur, ne videlicet eo noto falso  
Prophetæ induiti minus agnoscerentur esse lupi ra-  
paces. Dominico & ordini suo Beatissima virgo Ma-  
ria habitum gestandum ostendit, ac etiam colorem.  
Nam beato Reginaldo grauiter infirmanti apparuit,  
& sanauit, habitum ostendens quo Dominicus cum  
filii suis esset induendus: Capa videlicet magna, & tu-  
nica cum scapulari, albis. 12. Dominus & Do-  
minicus virgo uterque mente & corpore, & humilis  
valde, ut Scripture conclamat: sic Dominicus vir-  
go purissimus & humilis multum. 13. Dominicus  
cum Christo proprium non possidebat lectulum, post  
lachrymarum fluium vix humi dans corpusculum.  
14. Domini oratio semper fuit exaudita, cum voluit.  
unde & Patri dixit: Ego sciebam, quia semper me  
audis, nam et si in horto cum orauit calicem a se trans-  
ferri, non fuerit exauditus: hoc ideo, quia secundum sen-  
sualitatem postulans, secundum rationem exaudiiri  
nolebat. Dominicus autem cuidam religioso viro sibi  
familiari in dominica locutione insinuauit, nunquam  
se a Deo aliquid postulasse, quod ad votum non obti-  
nuerit. 15. Dominus Apostolos sui exemplo ad vitam  
mixtam, id est, contemplatiuam & actiuam prædi-  
cando dedicauit: matrem eius Virginem & Magda-  
lenam ad contemplatiuam. Maria enim stabat secundum  
pedes Domini, & audiebat verbū eius. Luc. 10. Mar-  
thā vero, & alias mulieres ad actiuam. Sic Patriarcha  
Dominicus, ut alter Noe, arcā suae religionis ex lignis

bitumine charitatis conglutinatis tricameratam fecit. Fratres una secum ad contemplanda cœlestia, & prædicanda salutis proficia in una collectans: moniales reclusas ad contemplationem assumens, in seconde utriusque sexus homines ad actinam applicas, qui dicerentur de pœnitentia fratres & sorores, seu militia Iesu Christi in terra mansione. 16. Discipuli Christi scilicet LXXII. semel scandalizati ex doctrina Christi, quam non intelligebant, recesserunt ab eo: quibus recendentibus Christus remanentibus secum ait, Nunquid & vos vultis abire? At Petrus pro omnibus respondit, Domine, ad quem ibimus? Et B. Dominicus, cum secum haberet aliquos discipulos, una die tentati recesserunt ab eo: tantum remanentibus tribus, quibus Dominicus ait: Nunquid & vos vultis recedere? Cui unus respondit, Absit pater ut relieto capite sequamur pedes. Demum sicut & discipuli Christi, qui recesserant, redierunt ad eum, ita & discipuli Dominicorum oratione eius reversti sunt. 17. Dominus multas derisiones, detractiones, & persecutions usque ad mortem fortiter tolerauit, querentium eum in verbo capere, aliquando lapidare, aliquando precipitare. Dominicus contumelias, subsannaciones, & oblocutiones non curauit: ita ut quidam paleas a tergo ei pro derisu alligarent: alijs lutum, & alia in eum vilia iacerent. 18. Dominus dilexit nos, & lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. Dominus vero charitatis perfectione non vacuus, noctem impendebat Deo, meditationi & orationi vacans. Trinam disciplinam quasi quotidie de manu propria, non cordula, sed catena ferrea usque ad sanguinis

quinis effusionem capiebat: pro suis culpis unam, quae minima erant: pro in purgatorio existentibus, aliam: tertiam pro iis qui versantur in mundo. 19. Dominus cum iter ficeret versus Hierusalem, videns ciuitatem fleuit super eam, multaque predixit occulta cordium, & euentus futurorum, propter quod in laudem eius dicebatur, Propheta magnus surrexit in nobis. Dominicus cum ciuitatibus propinquaret, cernens mente amare flebat, propter peccata eorum, multaque ut versus Propheta occulta & futura reuelauit: sicut mortem Regis Arragonum in bello: conuersiōnem hæretici Adiu futuram, quem propterea liberari iussit ab incendio. Hactenus Antoninus: ex quibus potentissimi Regis Galliarum Consilij existimare poterunt: utru iure an iniuria maxima Christianitatis pars figmenta ista religionum à Papis inducta repudiarit: cum adeo nefarie ac scelerate ausi sunt monachum Dominicanum tanquam idolum in Ecclesia Dei adorandum proponere, eumque cum Christo Deo & Conseruatorе nostro contendere. Neque enim audiendus erit, si quis dicat, monachales istas esse quisquilias, quas eruditii viri & graues aspernantur. Quod enim superius de Franciscanicis eiusdem generis nugamentis dictum est, idem hoc loco de Dominicanis dicimus: cum in Ecclesia Romana pro diuinis oraculis receptæ sint, aut eas Christianis omnibus venerandas esse, aut constituta hæreticis supplicia ab isto furcifero, cucullifero, cordigerulo monacho expectanda. Sed iam alia audiamus.

Nihil videtur ad hanc impietatem addi posse.  
Verum tamen experiamur. Nam idem Antonius capite sequenti ubi Christi & Dominici miracula inter se comparat, pag. 187. ita loquitur: 1. *Dominicus tres in urbe Roma resuscitauit, filium vidue, quod Pontifici notum publicari noluit: sed præ humilitate omnino Dominicus recusauit. Architectum à fratribus conductum, & à muro super eum diruto conquassatum: & Neapoleonem Cardinalem de fossa noua nepotem ex equo lapsum, & totum dilaceratum.* Satis credo & alios Dominum suscitasse, propter quod dicit in plurali, Matth. II. Mortui resurgent, scilicet per me: cum tamen adhuc non nisi filiam Archisynagogi rediuiuam fecisse habeatur, secundum Euangelia. Sic & B. Dominicus alios mortuos, et si non ita notorios, vivificasse inuenitur. Quid enim illos X L. peregrinos, qui in flumine magno, iuxta Tholosam nauigio ferebantur, cum nauis submersa sub aquis diu stetissent, sacra oratione à B. Dominico ex aquis exierunt sospites: nisi vita redditos existimemus, vel in aquis ut pisces conservatos? 2. Deus bis famelicos pane multiplicato sanauit, aquaque conuertit in vinum. Dominicus bis panes diuinatus fratribus procurauit, Romæ & Bononia: deferentibus angelis à pane cœlesti: unde & suauissimos. Vegetem vacuam vino redundare fecit, & vice altera lympham in vinum suave conuertit. 3. Christus febricitantem Simonis scrum febri perfectè sanauit, & languidos multos. Dominicus mulierem quaternariam ex toto liberam reddit. 4. Exibant demona à multis, clamantia & dicentia, *Qui a tu es filius*

Ius Dei. Dominicus à demonibus vexatos in anima & corpore plurimos liberatos effecit. 5. Christus immortalis effectus bis ianuis clausis ad discipulos intravit: Dominicus verò adhuc mortalis ( quod mirabilius est ) in Ecclesiam clausam noctu ingressus est, ne fratres excitaret. 6. Dominus postquam transiuit ex hoc mundo, innumerabiles homines ad viam veritatis attraxit: Dominicus quanuis millia hereticorum ab erroribus reuocasset, tamen post transitum eius multò plures. O spem miram quam dedi-  
bis ( canit ecclesia de B. Dominico ) mortis horate flen-  
tibus, Dum post mortem promisi, Te profuturum  
fratribus. 7. Et ut perueniamus ad calcem, Do-  
minus ait, Data est mihi potestas in cœlo & in terra.  
Hæc potestas non parùm est communicata Domini-  
co, coelestium, terrestrium, & inferorum. Nam ange-  
los sanctos in sui ministerium habebat. sed & ipsi an-  
geli accedentes in humana specie ad fratres, panes  
ad escam ministrabant eis. Si de elementis loqui-  
mur, vim virtutis suæ oblitus est ignis: quādo ter libel-  
lus eius doctrinæ in flamas traditus, ter exiuit  
illæsus penitus, libris aduersantium hereticorum su-  
bito combustis. Signo crucis obedit pluvia ex aëre  
copiose descendens, dum nec gutta una eum itine-  
rantem tangit, tota regione illo imbre inundata. A-  
qua fluminis in quod libri eius per ipsum transiuntis  
cediderant, nec humectare valuit: sed post dies à pi-  
scatoribus loco piscis de aquis extracti illæsi & siccii,  
ac si in capsâ fuissent, ei sunt restituti. Terra quoque  
que metalla continet, in pecunia sibi necessaria non  
defecit. nam cum flumine quodam transito per nau-

culam nauclerus naulum postularet à B. Dominico,  
illeque ut pauper se pecuniam non habere affeuer-  
ret importuniusque nauclerus ille per cappam tenens  
naulum peteret, B. Dominicus oratione facta in ter-  
ram aspiciens vidit pecuniam sibi necessariam ibi  
iacentem, qua illi oblata, se liberavit: sed & ( quod  
maiis est ) cum quidam clericus continere non posset,  
osculata manu B. Dominici à missa redeuntis cum  
odore suavi, tantus constitutus virgo in mentem eius  
diffusus est, ut postea facile contineret. Quid de in-  
fernali bus dicam? Certè ad nutum eius demones  
contremiscebant, nec imperium eius recusare vale-  
bant. Quod patet: quando apparentem ipsum in for-  
ma fratris secum duxit per conuentus officina, scili-  
cket dormitorij, chori, refectorij, locutorij, & postea ca-  
pituli, & interrogauit de singulis locis, quid cum fra-  
tribus ibi lucraretur? quæ omnia coactus est explicare.  
Hæc Antoninus. Ex quibus diiudicandum Re-  
giis consiliariis relinquimus, utrumne hæc ve-  
ra Christi religio sit, Ecclesiæ ab Apostolis  
tradita, an verò commentitia Sathanæ fabula,  
consultò à Papis in Ecclesiam inducta, ut vel sa-  
cræ Scripturæ legendæ studium extingueretur,  
vel certe par utriusque auctoritas tribueretur?  
Sanè dubium nemini fore speramus, quin iam  
Papatus ementiarum & confictarū religionum  
apertissimè sit conuictus: ac proinde si Regem  
Nauarrum ac Principem Condæum ex eius Ec-  
clesiæ communione, quæ Portenta illa tuetur,  
eiiciat, non illos ex Christi Ecclesia, sed ex Do-  
minicanorum cloaca, vel potius ex Satanæ sy-  
nagogâ

nagogia eiicere. Quod ut planius ac certius etiam conformatum ex eodem Antonino proferemus. Nam cap. sequenti pag. 190. ita scribit: *Dominicus*, inquit, *Rome nocte quadam orationi incumbens*, vidit ad patris dexteram exurgere filium in ira sua, ut interficeret omnes peccatores terrae: & disperderet omnes operantes iniquitatem. Stabat autem in aethere, aspectus terribilis, & contra mundum in maligno positum lanceas tres vibrabat, quarum prima superborum cervices erectas transfigeret: altera cupidorum viscera effunderet: tercia concupiscentis carnis deditos perforaret. Cuius ira dum nemo posset resistere, occurrit propitia Virgo mater, & pedes amplectens eius, rogauit, ut parceret eis quos redemerat, & iustitiam misericordia temperaret. Ad quam filius, Nonne vides, inquit, quanto mihi irrogentur iniuria? Tunc mater, Tuscis, ait, qui omnia nosti, quia haec est via per quam eos ad te reduces. Habeo serum fidem, quem mittes in mundum, ut verba tua annuntiet eis, & conuertentur ad te omnium saluatorem, Alium quoque habeo serum, quem dabo ei adiutorem, ut similiter operetur. Filius dixit, Ecce placatus suscepisti faciem tuam, veruntamen ostende mihi quos velis ad tantum officium destinare. Tunc domina mater obtulit B. Dominicum Iesu Christo: & ait Dominus matri, Bene & studiose faciet quod dixisti. Obtulit quoque & S. Franciscum, quem similiter Dominus laudauit. Sanctus ergo dominicus in visione considerans socium diligenter, quem prius non numerat, in crastinum eum in Ecclesia, ex eis qua in

nocte viderat, recognouit, & in oscula sancta ruens,  
& sinceros amplexus, dixit, Tu es socius meus: tu  
curses pariter tecum. Item paulo post: Dominicus  
Domini super eum raptus est in spiritu ante Deum,  
& videt Deum sedentem, & matrem eius quae sede-  
bat ad dextram eius, amictam cappa, coloris saphi-  
rini. Aspiciens autem in circuitu videt ex omni na-  
tione spiritualium patrum, qui ex sacris religionibus  
Christo & filios & filias spirituales generunt, mul-  
titudines innumerabiles in conspectu altissimi glorian-  
tes. Et cum nullum ibi conficeret suorum filiorum,  
erubescens, compunctus ex intimis amarissime flere  
coepit. exterritus ergo a gloria maiestatis domini,  
stetit a longe, nec audebat vultui gloriae, & Virginis  
excellentiæ propinquare. Innuit autem ei manu do-  
mina, ut ad se veniret. At ille tremens & pauens, non  
præsumpsit accedere, quo usque eum similiter vocauit  
Dominus maiestatis. accessit itaque homo compun-  
ctus, & humilis spiritu, & contrito suis lachrymis filii  
& matris propitiis pedibus demissimè & humillimè  
se prostrauit. At consolator flebilium Dominus glo-  
ria dixit ei, Surge, qui cum staret coram Domino, in-  
terrogauit dicens, Cur sic amarissimè ploras? qui ait:  
Quia in conspectu tua gloriae omnis religionis homi-  
nes intueor: de mei vero ordinis filiis hic, prob dolor!  
nullum aspicio. Cui Dominus, Vis videre ordinem  
tuum? At ille, Hoc desidero Domine. Tunc filius ma-  
num suam sub scapulari Virginis matris sue ponens  
dixit ad illum, Ordinem tuum matri commisi. Et cum  
hoc pio haberet affectu, ordinem suum videre deside-  
rans,

ans, Dominus iterum dixit ei : Omnipotens eum videre? Respondit, Hoc affecto mihi Domine. Et ecce mater Domini complacuit filio: cappamque deauratam, qua operiri videbatur, evidenter patefaciens aperuit: & expandens coram lachrymoso Dominicino seruno suo, eratque hoc tanta capacitatibus, & immensitatis vestimentum, quod totam caelestem patriam amplexando dulciter continebat. Sub hoc securitatis tegumento, in hoc pietatis gremio, vidi ille contemplator sublimium, & perspectivam dominis secretorum, Iominicus fratrum sui ordinis innumeram multitudinem. Conuersus est ergo iustus in gaudium, & lamentum in iubilum. *Hac Antoninus.* Ridiculè, insulsè, & absurdè: dicet fortassis quispiam, quis negat? Sed quemadmodum superius de nugis Bernardonicis diximus, cuiuscumodi hæc sunt, tamen & Papatus auctoritate comprobata sunt, & ab ecclesia Rom. recepta: ac proinde, cum individualia religio sit, (nam, ut ait M. Tullius, aut vindique religionem tolle, aut usquequaque conserua) ab iis omnibus qui ecclesiæ Rom. nomen dabunt, oraculorum loco ac numero habenda: graui sanctione adiecta, ut qui secus sentiat, in heretico-rum & schismaticorum numero censeatur: quandoquidem his commentis à Papa cōprobatis. Dominicus & que, ac Franciscus in Diuorum ecclesiæ Rom. numerum relatus est, eodem auctore Antonino, tit. 23. §. 17. fol. 197. Ex quibus intelligitur, primum quod & quam iustis causis adducti plerique Christiani Reges, Principes ac Magistratus Papatus impietatis, & cōscientia religionis

nomine damnarunt. deinde, quantum auctoritatis habere apud Parlamenta Gallica debeat hec execrata Sixti quinti nuper excucullati monachi Declaratio:qua supradicti serenissimi Principes non aliam ob causam haeretici pronuntiati sunt, quam quod istius generis commenta non eodem quo Scripturam sacram loco sibi habenda esse iudicarunt. Nam ut sæpenumero antehac professi sunt, & hodie quammaxime possunt, apud omnes omnium generum atque ordinum homines profitentur, palamque denuntiant, cum ecclesia Rom. mixtam habeat & confusam cum istius generis commentis ac fabulis religionem, quæ ex puris Scripturæ sacræ fontibus hausta sunt, ea studiosissimè amplectuntur: quæ ex istis monachalibus lacunis & collusionibus in religionem inducta sunt, ea repudiant, ac detestantur. Quæ tamen sola causa est, cur Papa Sextus quintus utrumque illorum nuperita superbe ac ferociter est execratus. De quo Papa Sexto dicendum aliquid hoc loco videtur: ut & qualis, & quibus ortus radibus in tantam confidentiam venerit, tantosque sibi spiritus sumperferit, ab omnibus intelligatur. Nomen igitur illi ab initio fuit FELIX PERETVS. Natus est in pago tenui, proximo ciuitati Formanæ, cui nomen est Montalto: anno CIC 15 xxii. die Decembri XIIII. Puer inter monachos, id est, (ne quid aliud dicatur,) inter hircos educatus, tandem adolescentulus in Franciscanorum ordinem ascitus est: quorum sacris iniciatus, ac iam grandior factus, ad extremum

extremum ab Inquisitoribus fidei Romanæ in  
iporum collegium cooptatus est. quo magiste-  
rio cùm aliquot ab hinc annis ita fungeretur, vt  
pauci truculéatum ipsius ingenium ferre possent,  
fortè tum accidit, vt nobilem quendam Venetū  
ad suum tribunal euocaret. Cùm hominem con-  
tumeliis audiendis Insuetum ferocius accepisset,  
nō ita multis interiectis diebus eidē Nōbili for-  
tē obuiām factus est. quem vt primum Nobilis  
animaduertit, vni ex suis asseclis imperauit, vt  
fuisse quēm gestabat ferociā Infelicitis Pereti con-  
tuderet. Infelix illico Romam profectus, casum  
illum suum Papæ Pio quarto, qui tū Romæ im-  
perabat, renūtiat. Indignatus Papa, rursus illum  
cum auctoritate ac potestate maiore Venetias  
remittit. Simul ac suam Senatui bullam exhi-  
buit, sapiētes viri, qui turbulentum hōminis in-  
genium non ignorabāt, eumque vltionis studio  
inflammatum esse animaduertebant, confessim  
cereum accendi iusserunt: eique seuerē impera-  
runt, vt prius quam ccreus igne consumptus es-  
set, maturē, si saperet, ē suis finibus excederet. In-  
felix iterum Romam profectus suam Papæ que-  
rimoniā detulit. Papa cùm hominem ad suas  
rationes accōmodatissimum fore iudicaret, pri-  
mūm hoc illum honore affecit, vt sui eum pala-  
tij magistrum crearet. deinde cùm in Hispaniā  
Toledanus archiepiscopus ab inquisitione Hi-  
spanica, gentibus omnibus formidabili, in suspi-  
cionem hæresis vocatus esset, Papa eum, vt illi  
questiōni ac iudicio interesset, in Hispaniā misit.

Fortè per id tempus accidit, vt qui tum Genera-  
lis, hoc est, antistes Franciscanorum erat (quæ  
summa apud illud hominum genus præfectura  
ac dignitas habetur) mortem obiret. quam he-  
reditatē Papa Pereto Felici detulit: qui hoc mo-  
do Franciscanorum Archicucullus, Protocucul-  
lus, Bardocucullus factus est: paucisque pōst an-  
nis etiam in Cardinalium ordinem ab eodē Pa-  
pa cooptatus. Tādem, Papa Gregorio XIII. mor-  
tuο, noster Archicucullus studiosissima eius cō-  
mendatione & gratia, qui Romæ in his procu-  
randis negotiis dominatur, & cui non obscurè  
suam in reliqua Nauarreni regni parte occupā-  
da operam nauat, in demortui locū Felix in con-  
turbanda Gallia suffectus est. His gradibus at-  
que incrementis qui aliquot ab hinc annis cu-  
cullus cordigerulus despiciatissimus monachus  
fenestratis calceis reptabat, nunc fulgoritor, ful-  
minator, regū ac principū proscriptor factus est:

*Ense potens gemino, cuius vestigia adorant  
Cæsar, & aurato vestiti murice Reges.*

vt Mantuanus de Iulio II. cecinit.

C R I M E N   O C C V P A T Ā  
I N   E C C L E S I A   T Y R A N N I D I S .

P Roximum est, vt ad secundum Papatus cri-  
men accedamus, quod in occupato in ecclē-  
siā Christianam dominatu consistit. Nam Scri-  
ptura sacra docet nos, solū Christum esse caput  
ecclesiæ, 1.Petr.2.& 5.Hebr.5.& 7.& 9.4.Ephes.  
15.& 16.itē in c.5.item alio loco, Christū esse ca-  
put

## F U L M E N.

31

put corporis ecclesiæ. i. Col. 18. Eadē scriptūrā so-  
li Christo hoc nomen tribuit, vt sit ἀρχιποιμῆνς &  
ἀρχιεπέδης. i. Petri. 2. & 5. Hebr. 6. & 7. At Papa Rom.  
Cuncta, inquit, per mundū nouit ecclesia, quod sacro-  
sancta Romana ecclesia fas de omnibus habeat iudi-  
candi: neque cuicunq[ue] liceat de eius iudicare iudi-  
cio &c. sequenti. Cuncta per mundum nouit Ecclesia,  
quoniam quorumlibet iudicij ligata Pontificum se-  
des B. Petri ius habeat resoluendi, ut pote quæ de  
omni ecclesia ius habeat iudicandi. Item Clement.  
pastoralis, de sent. & re iud. *Pastoralis cura solici-  
tudinis nobis diuinitus super cunctas Christiani po-  
puli nationes iniuncta.* Item c. i. Extraug. de empt.  
& vend. *Regimini vniuersalis ecclesia, disponente  
domino presidentes.* item. c. ad Regimen, extraug.  
de præbend. *Ad regimen ecclesie generalis superna  
dispositione vocati.* item. c. i. de treug. & pac. *Ad  
vniuersalis ecclesia regimen diuina disponente clemē-  
tia vocati.* item. ca. i. de consuet. *Super gentes &  
regna Romanus Pontifex à Domino constitutus est.*  
item. c. 3. de elect. *Sancta Romana ecclesia, quæ di-  
sponente Domino super alias omnes obtinet principa-  
lum à Deo,* ut pote mater vniuersorum fidelium &  
magistra. itē, *Ideo ecclesias omnes Romane sedi sub-  
iectas esse, quia sedes Petri ab Antiochia Romam  
translata est.* 24. q. i. c. rogamus, &c. sacrosancta.  
Item, *Romanam sedem esse caput & cardinem om-  
nium ecclesiarum:* & sicut cardine hostium regitur,  
ita illius sedis auctoritate omnes ecclesias regi. d. c.  
sacrosancta. Sed quid illa vetera conquirimus?  
cum Franciscanus noster Sixtus quintus Bul-

D. 2.

lam hanc suam ita sit exorsus: *Auctoritatem sibi à Christo & B. Petro traditam supereminere omnes omnium Regum & Principum potestates, & incumbere sibi ecclesiarum omnium, populorum, ac gentium solicitudinem.* Hęc igitur Papa Romanus. Nunc quo iure, quaque auctoritate tantam sibi potestatem ac dominatum arroget, paulisper considerandum est. Duplicem enim videmus ab ipso titulum, caussāmque istius dominij ac principatus afferri: priorem, ex Christi decreto: *Pasce oves meas: & Tu es Petrus, & super hāc petrā.* Nam dicente domino, *Pasce oves meas,* inquit Papa, & generaliter, *Meas, non singulariter Has vel illas,* per hoc commisſe sibi intelligitur vniuersas. c. vnam sanctam: Extraug. de majorit. & obed. Alteram caussam Papa profert ex donatione Imp. Constantini, dist. 66. c. Cōstantinus, vbi Constantinus dicitur ei principatū tribuisse super omnes vniuersi terrarū orbis ecclesias. Sed videamus, ne Papa in illū errorē incurrit, qui tolerari in iure auctiōniis nō solet, neque verò ferri vlo modo potest: vt auctor intentionis suæ caussas alleget inter se contrarias. l. si quis, 7. D. de petit. hered. l. I. C. de furt. l. Titius, 99. D. de cond. & demonstrat. Repugnant autem inter se, Christum dedisse Papæ principatum in omnes ecclesias, (quod aperitiſſimè ſuprà scriptis locis affirmat) & Eundem principatum eidem à Constantino donatum. quia quod ſuum cuiusque eſt, pluribus ac præſertim contrariis ex cauſis ſuum eſſe non potest. l. & an eadem, 14. §. penult. D. de except. rei iud. l. non vt ex pluribus, 159. de reg. iur. Neque

Neque enim ferri commentum eorum potest, qui disputant, principatum illū primū à Christo Papæ Romano tributum fuisse: Constantium autem illam Christi donationem confirmasse: & cùm primus Imp. Christianus esset, Syluestro Papæ vacuam illius possessionem tradidisse. Primū quia Pseudoconstantinus dīsertè scribit, se duarum maximarum rerum donationes conferre: Ecclesiastici principatus in omnes, qui in orbe Christiano sunt, sacerdotes: quem Papæ Spiritualem principatum appellant: & totius Occidentalis imperij dominatum, quē iidem Temporalem vocant. De priore, Pseudoconstantinus ita loquitur: *Constantinus priuilegium Romana ecclesiae Pontifici contulit, ut in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem.* Et mox, *Sancimus, ut principatum teneat, tam super quatuor sedes, Alexandriam, Antiochenam, Hierosolymitanam & Constantopolitanam, quam etiam super omnes in uniuersō orbe terrarum ecclesias Dei.* Quid dilucidius scribere potuit, ut ostenderet, se nouū quoddā ius Papæ tribueret? quis ignorat Priuilegiū opponi Iuri cōmuni? et, si Constantinus priuilegiū Papæ tribuit, Papam antea paris eiusdēque iuris fuisse, quo reliqui episcopi omnes vtebantur? Quod si donare principatum uniuersalem Ecclesiasticum Constantinus potuit, certè plenō iure dominum illius principatus eum fuisse oportet. quod esse absurdissimum, etiam Canonistæ omnes fatentur, ut secularis Princeps spiritualem principa-

tum, id est vniuersalem Episcopatum in omnes Ecclesiæ possideat, cum ne vnius quidem Ecclesiæ quantumvis exiguae sacerdotiū, aut episcopatum habeat. Quod si nullum omnino Constantinus Episcopatum habuit, quomodo vniuersalem orbis terrarum episcopatum donare Syluestro potuit, cum nemo plus iuris transferre in alterum possit, quam quantum ipse habeat? Et hoc argumentum videmus ante annos ducentos Papæ obiectum à Marsilio Patauino, in Defens. pacis cap. II, vbi sic scribit: *In decretis reperitur priuilegium quoddam Imp. Constantini à Pontificibus approbatum, quo B. Sylvestro Romano Pontifici concessit iurisdictionem coactuam super omnes mundi Ecclesiæ, reliquoque presbyteros seu episcopos omnes.* Cùmque concessionem illam fuisse validam fateatur Papa Romanus, & cum eo Presbyterorum seu Episcoporum reliquis cœtus, consequenter ipsi concedendum est, eundem Constantimum hanc iurisdictionem seu potestatem in eos penitus habuisse. Sed redeamus ad dilemma propositum. Nam siue Papa se principatum illum à Deo adeptum esse contendit, ut in locis proximè prolatis profiteretur: siue ex Constantini donatione: falsum esse vtrumque probabimus. Primum ex illa repugnantia, quam modò exposuimus. deinde ex eo quod ipsem suο se gladio iugulat. nam in Decreto locum hunc ex Chrysostomo producit: *Quicunque desiderauerit primatū in terra, inueniet confusione in celo, nec inter seruos Christicōm putabisur, qui de primatu tractauerit.* dist. 4. c. multi,

multi s. quicunque. Item, *Prima sedis Episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid eiusmodi, sed tantum Prima sedis Episcopus.* *Vniuersalis autem nec etiam Rom. Pontifex appelletur. c. primæ sedis. dist. 99.* quod idem duobus cc. seqq. totidem propè verbis inculatur. Quod si ex iure ciuili disputandum est, satis constat tria successorum esse genera. Nam alij sunt successores iuris, quales sunt heredes, qui successores vniuersales dicuntur: alij successores rei, veluti legatarij, emptores, donatarij: qui successores singulares appellantur. l. vlt. D. de except. rei. vend. l. i. s. in locum, D. quod legat. l. 7. l. 8. de iureiurā. Postremò alij sunt successores munieris personalis, qui Functionis succedanei appellantur in l. privilegio, 27. C. de decur. li. 10. Prioris generis successores ius & caussam habent ab iis, quibus succedunt, siue vniuersales sint, siue singulares l. qui in ius, 177. D. de reg. iu. cū similib. Tertij verò non ab antecessoribus suū ius & caussam habent, sed ab iis à quibus eliguntur, & in illorum locū sufficiuntur: quales sunt successores magistratuū, tutorū, curatorū. munus enim personale est, quod solicitudine animi ac vigilantia sustinetur. l. i. s. l. 1. 6. s. vlt. l. vlt. D. de munib. & hon. Itaque magistratu vel tutore motu, alter est hereditatis, alter munieris successor. l. i. s. sciendum, l. 4. l. 6. D. de magist. conue. l. 6. s. vlt. D. de his qui not. infam. His ita constitutis, cùm Papa contendit se Christi successorem esse, quærere ex illo possumus, cuius se generis suc-

cessorem esse profiteatur. Nam heres quidem & iuris vniuersi successor dici non potest, cum hereditas viuentis ne cogitari quidem possit. l.i.  
D. de hered. vend. Christus autem morte extinctus non est, sed vitam viuit & beatam & sempiternam. Nihilo magis rei singularis successor dici potest: cum regnum Christi neque communione recipiat, neque divisionem, ne inter Angelos quidem. Heb. i. vers. 5. quia Deus constituit illum, ut Paulus loquitur, longè supra omne imperium, ac potestatem, & potentiam, & dominium, & omnia subiecit sub pedibus eius, cumque constituit caput super omnia ipsi Ecclesiae. Ephes. i. 21. & 22. Muneris autem sui vniuersi quo modo successorem aut vicarium haberet, qui neque morte extinctus est, sed vitam viuit beatam & sempiternam: & cum perpetuo in Ecclesia sua praesens sit, semper summi pastoris ac sacerdotis munere fungitur? l. Petr. 2. Marc. vlt. 20. Psal. ii. 10. Heb. 2. & 4. & 7. & 9. Quinetiam addere illud sine dubitatione possumus, nullum Episcopum, ne Petri quidem, aut alterius Apostoli, successorem dici posse, quo modo Papa sollet à Canonistis Petri successor appellari, apud Decimum, in l. qui per successionem, De regul. iur. vbi cum Iurisconsulti dicere soleant, Heredem heredis testatoris, esse heredem testatoris, quanuis per successionem longissimam heres sit: Canonistæ ratiocinantur, quemlibet Papam esse successorem Petri, licet quamplurimi intercessint. Neque enim causam habet ullus Episcopus à Petro,

à Petro , vel alio quouis Apostolo : sed ab ele-  
ctione, Christi au<sup>r</sup>oritate facta: neq; successionē  
facit locus, aut sedes siue cathedra, sed Christia-  
næ doctrinæ continuatio: cùm accepta à Christo  
religio continéter per singulos successores, qua-  
si permanus, populo Christiano traditur. Qua-  
re nihil nobis aduersantur nouæ quorundam  
assentatorum Papalium argutiæ , qui spe sacer-  
dotij alicuius adducti sic disputant: Papā Rom.  
non spirituale esse caput ecclesiæ Catholicæ,  
sed ministeriale: quia quemadmodum Christus  
particulares Ecclesias , (hoc est diceceses singu-  
las) per episcopos particulares vicarios suos re-  
git, eodem modo idem Christus vniuersalem  
ecclesiam per vnum aliquem vniuersalem vica-  
rium suum, Papam R. administrat: qui inferio-  
res illos & particulares episcopos suæ iurisdi-  
ctioni subiectos in officio contineat. Nam huic  
objectioni triplex parata responsio est. Primo  
quod hic Principatus non modo à Christo in-  
stitutus non est, verùm etiam cōtra perspicuum  
Christi institutum ambitione & libidine domi-  
nandi à Papa R. introductus. Etenim Christus  
X I L apostolos ad prædicandum euangelium  
suum circummittens, non uni alicui singulare  
aliquid & præcipuum mandatum dedit, sed par-  
vumque vniuersis: hoc modo , Itote in omnes  
terrarum oras, & prædicatōte apud gentes ac na-  
tiones omnes euangelium. Itaque in Apocalypsi  
cœlestis Hierusalem non vnicā & singulari , vel  
una ex omnibus potissimum , sed simpliciter

duodecim columnis fundata esse dicitur: & cùm die Pentecostes spiritus sanctus in duodecim Apostolos effusus est, nō in vnū aliquem ex ijs potissimum ac præcipue effusus dicitur, sed simpliciter effusus in cunctos. Denique cum Paulus pastorum Ecclesiæ procurationes ac munera describit, nemini vni principatum super alios tribuit, sed his illud disertis exponit verbis: *Christus ascendit in altum, captiuam duxit captiuitatem, & dedit dona hominibus. nam alios dedit apostolos, alios prophetas, alios Evangelistas, alios pastores, & doctores ad instaurationem sanctorum, in opus administrationis ad edificationem corporis Christi.*

Altera responsio est, quod si Christus, aut Petrus principatum aliquem & vnum ministeriale caput in Ecclesia instituisset, non dubium est, quin Ecclesia primitiva, tam receti memoria institutum illud tenuisset. At ex contrario vides, Nicenam nempe, Cōstātinopolitanam, Ephesinam & Chalcedonensem instituisse, vt singulis ciuitatibus singuli præficerentur Episcopi, sive Patriarchæ, pari omnes eademque dignitate, auctoritate, iurisdictione, potestate, gradu extra quām, quod Archiepiscopo Rom. propter urbis antiquitatē, & amplitudinem, ius dabatur in synodis & comitiis, vt primo, ante omnes, nō tamēn superiore loco, federet: tum proximè ipsius Archiepiscopus Cōstātinopolitanus afideret, propter eadēm caussam, quia nouæ Ro-

mæ Imperatoriæ vrbis antistes erat: cùm, si antiquioris Ecclesiæ habita ratio fuisset, aut primus, aut certè secundus ille locus Antiochieni Episcopo debere tur:tum deinde Alexandrinus, Hieropolymitanus, postea tres Archiepiscopi Iustinianici, propter leuissimas cauſas ab Imp. Iustiniano creati, locum in paribus sellis caperent: quas cauſas posterius sub criminе falsi, demonstrabimus: vbi falsitates, imposturas, & corruptelas à Papa R. ad hanc explendam ambitionē suam institutas commemorabimus. Tertia responsio est, quod cùm Christus instituerit Apostolos, vt essent nuntij & præcones mandatorum suorum per varias orbis terrarum oras concursantes, nullum aliquem ab eo legimus institutū Archinuntium: præfertim mutum & quiescentem, qui Romæ deses & ignauis, quæ a cæteris vbiunque terrarum gesta essent, auditione acciperet, suæque interea ambitioni seruiret. Episcopi enim nihil aliud sunt, nisi Christi nuntij & præcones mandatorum ipsius, in singulis ciuitatibus instituti: sicut olim mandata Proconsulibus & Præsidibus ab Imperatoribus Rom. dari solebant, vt inter omnes Iuris & antiquitatum Rom. studiosos constat. Itaque qui vel natura, vel voluntate mutus est, hoc est, qui tacet, neque nuntij & præconis officio fungitur, & Euangelium prædicat, is non modò iure, sed ne nomine quidem Episcopi, aut Archiepiscopi dignus est. Sed quoniam Papæ in suis Decretalibus tertio quoque versu cantilenam illam inculcant, *Quia Pe-*

tro dictum est, Pasce oves meas, & Super hanc petram: opera pretium est, veram ac germanam illorum locorum interpretationem subiucere. Nam Augustinus tract. 124. in Ioan. Quando, inquit, dictum est Petro, Tibi dabo claves regni cælorum, & Quodcunque ligaueris super terram: uniuersam significabat Ecclesiam, que fundata est super petram. Vnde & Petrus nomine accepit. Non enim à Petro petra, sed à petra Petrus: sicut non Christus à Christianis, sed à Christo Christianus vocatur. Ideo quippe ait Dominus, Super hanc petrā adificabo Ecclesiā meā, quia dixerat Petrus, Tu es Christus filius Dei viui. Super hanc ergo, inquit, petram, quā confessus es, adificabo Ecclesiā meā. Petra enim erat Christus, super quod fundamētū eriam ipse adificatus est Petrus. Fundamētū quippe aliud nemo potest ponere, prater id quod possum est, quod est Iesus. Ecclesia ergo quae fundatur in Christo, claves ab eo regni cælorū accepit in Petro: id est potestatem ligandi soluendique peccata. Quod enim est per proprietatem Christus in ecclesia, hoc per significationem est Petrus in petra: qua significatione intellegitur Christus petra: Petrus Ecclesia. Hæc Augustus, quod idem inculcat in libr. contra Iud. pag. 2. Itemque in Ioann. tractat. decimo. & de verbo Domini, sermon. 20. quam in sententiam Ciryllo in dialogis de trinitate libr. 4. Petram, inquit, per agnominationem aliud nihil quam inconcussam ac firmissimam discipuli fidem vocavit: in qua, Ecclesia Christi fundata est. Et hoc idem confirmant Ambrosius in Epistol. ad Ephes. cap. 2. Chrysostomus in homilia in Matth. 55. quintam Canonicę

nistæ in c. quodcunque. 24. q. i. hanc Augustini sententiam proferunt. *Quoniam in persona Petri Ecclesia ipsa claves accepit.* quod idem inculcatur ex Hieronymo in c. omnib. ead. q. Bernardus aucte acriter in illam Paparū arrogantiam inuehēs, tandem in Epist. 230. in hæc verba prorūpit: *Et olim quidem, erat is contra Apostolum Petrum, dominantes in Clerum: imò & contra coapostolum eius Paulum dominabamini fidei totius orbis.* At nunc nouum aliquid addidisti, usurpantes amplius & in ipsam religionem. quid restat, nisi ut adiiciatis & ipsis Angelis sanctis dominari? Gregorius autem cognomēto magnus Epist. 30. ad Mauricium Imp. lib. 16. Ego fidenter dico, quod quisquis se uniuersalem sacerdotem vocat, vel vocari desiderat, in elatione sua Antichristum præcurrat, quia superbiendo se ceteris præponit. quorum similia multis locis videre licet apud eundem & ad eundem Mauricium lib. 6. Episto. 188. & epistol. 194. item libr. 7. epistol. 3. & 74. & 79. & 80. Atquæ hæc quidem hactenus de priore dilemmatis superioris parte. Nunc de altera, hoc est, de Constantini donatione videamus. quam cum idoneior de illa differendi locus fore videatur, vbi de falsi crimine exponemus, commodiūs est in præsentia vno hoc verbo totam illam disputationem transfigere: Totum videlicet illud donationis instrumentum, quod à Papa profertur, falsum, fictum & adulterinum esse, atque ex eadem officina profectum, vnde superiorius ostendimus Conformatum Franciscanum volumen prodiisse: cuius rei quia posterius

suo loco xxv.argumenta certissima proferentur,  
nunc secundo huic criminī finem imponemus.  
Tantum coronidis loco quæstionem huic mona-  
cho nostro Franciscano proponemus; haud sanè  
(vt videtur) explicatu facilem. Sextus noster est  
Papa,& simul Franciscanus. quatenus est Papa,  
dignitatem habet(ut superius demonstrauimus)  
non modò summam in terris, verùm etiam ma-  
gnam in cœlo, purgatorio , & inferis. quatenus  
est Franciscanus, non dubium est, quin pro sua  
erga patronum suum pietate fateatur B. Franci-  
scum Supercherubinicam dignitatem obtinere.  
Nō dicimus inter cherubinos(ait Antoninus Flo-  
rentinus)sed super Cherubin , & certum est se-  
cundum doctores, quòd super Cherubin, sunt  
Seraphin.hæc Anto.lib.hist.3. Tit.23.cap.1.Quæ-  
ritur ergo, cùm hic Papa è vita excedens à Beato  
Francisco excipietur,vtrum super Cherubin, an  
super Seraphin sedem sit habiturus ? nam sub  
stola B. Virginis solis fratribus Dominicanis lo-  
cum esse demonstrauimus. Ambigui causa per-  
magna est:quoniam Papa( vt Augustinus Steu-  
chus ostendit) Deus est:vt Canonistæ disputant,  
semideus. At Franciscus( vt superius ex Diaboli  
testimonio dictum est) nihil nisi monachus sto-  
machosus. Ex altera parte Franciscus appellatur  
ab hoc nostro monacho, Iesus typicus: quasi quis  
dixerit, Alter Iesus , vel cum priore Iesu confor-  
matus. si Franciscum super Papam collocare-  
mus,super Deum suum aut semideum illum col-  
locaremus,quod esset absurdissimū. Si infra Pa-

pam ei locum attribueremus, nihilominus absurdè alterum Iesum Papæ subiiceremus: neq; e id fortasse Iesuitę propter eximiam nominis sui dignitatę ferre possēt. Quid igitur dicemus? Bartolus in arduis quęstionibus monere auditores solebat, vt cogitarent. Nos sine præjudicio veritatis interea locum huic Papæ relinquemus eum ipsum, quem ei Gregorius Magnus attribuit: qui qualis sit, aliquantò posteriū vbi de Luciferi apud inferos aduentu mentio fiet, describemus.

### C R I M E N C O R R V P T A E R E L I G I O N I S .

HActenus de secundo Papatus crimen summatim pro instituti nostri ratione dictum videtur satis. Proximum est, vt de crimen corrupțe religionis differamus. Nam cùm Papa summum illum dominatum sibi in Christianam religionem sumpsisset, tum quasi pro suo iure nouare, interpolare, ac trāsformare illam arbitratu suo instituit. Cuius rei primum hoc documentū est. Scriptura sacra docet nos, vnicā esse religionis & colendi Dei formam, eam quę Prophetarum & Apostolorū literis cōsignata est: sic, vt ei nihil vel addere, vel detrahere, ne per Angelum quidem cœlestem, liceat. Ioan. 14.2. Tim. 3. Mat. 15. Itaque Christus, Frustrà, inquit, me colunt docentes doctrinas, quæ sunt mandata hominū. & Ierem. 7. Quas nunquam præceperam, neque in cor meū ascenderant. Itaque Irenaeus Lugdu-

nēsis Episcopus auctor antiquissimus: scripsit enim circiter annū Christi 198. Postquā, inquit, surrexit dominus noster à mortuis, & imbuti sunt Apostoli spiritu sancto, superueniente virtute ex alto, de omnibus adimplēti sunt, & habuerunt perfectā cognitionem salutis. Item cap. 4. Non oportet apud alios querere Veritatem: cūm Apostoli plenissime in ecclesia contulerint omnia, que sunt veritatis: ut omnis quicunque velit sumat ex ea potum vita. Itē Athanasius in princ. lib. 2. aduersus gentes. Sancta, inquit, & diuinitus inspirata scriptura sola ad omnem veritatis instructionem abundē sufficit. Hęc ille. at Papatus ex contrario statuit, disciplinam ecclesiæ, præter Sanctam scripturam, ( sic loquitur in concil. Tridentino) cotineri in traditionibus maiorum, quae quasi per manus traditæ ad nos usque pervenerunt, tanquam vel ore tenus à Christo, vel à spiritu sancto dictatis. Tridentin. concil. sessio. 4. cap. 1. Videamus iam cuiusmodi traditiones per manus à maioribus traditæ nobis obseruandæ sint. Atque in primis illa proferatur. Papa solet certo & stato die imagunculas quasdam effingere in formam agni, ex alba cera oleo delibuta. Has affirmat de collo suspensas, peccata hominum æquè purgare, ut Christi sanguis purga: easdem affirmit fulgura depellere, parturientibus operi ferre, & homines ex incendio ac naufragio servare. Quid sceleratius dici aut cogitari potest? Atqui maiorum hęc traditiones appellantur, huic lib. Ceremon. Pontific. i. sect. 7. scriptum ita est.

Balsamus

Balsamus & cera munda, cum Chrismatis unda  
 Conficiunt agnum: quod munus do tibi magnum:  
 Fonte velut natum per mystica sanctificatum:  
 Fulgura desursum depellit, omne malignum  
 Peccatum frangit, ut CHRISTI SANGVIS,  
 & angit.

Pregnans seruatur, simul & partus liberatur.  
 Donare fert dignis, virtutes destruer ignis.  
 Portatus mundè de fluctibus eripit unde.

Esto igitur hæc prima Paparum traditio, quæ  
 nobis pari eademq. qua Scriptura sacra, auctori-  
 tate traditur. Sequitur altera: Scriptura sacra  
 docet nos, sacramentum Baptismi esse aspersio-  
 nem sanguinis Iesu Christi, in remissionem pec-  
 catorum, & iustitiæ ipsius imputationem. Acto.  
 22. Rom. 6.1. Corinth. 6. & 15. At Papæ traditio-  
 nes tribuunt Baptismum Campanis: tantóque  
 sacramento sacerdotes Papatus passim ita scele-  
 ratè, ac nefariè abutuntur, ut Imp. Maximilianus  
 primus querelam ea de re conscripsiterit, quæ in-  
 ter ipsius grauamina his extat verbis: Item suffræ  
 gane ex cogitauerunt, ut solùm ipsi, & nullus aliis  
 sacerdos, Campanas baptizaret. Credunt deinde sim-  
 pliores, ita affirmantibus suffraganeis, tales cam-  
 panas baptizatas, demones & tempestates pellere.  
 quapropter innumeri interdum adhibentur compa-  
 tres, præcipue verò qui fori una pollent, exoratur, quo  
 baptismonis tempore funem, quo campana ligata  
 est tangunt, ac suffraganeo præcidente (quemadmodū  
 in infamium baptismatione fieri solet...) omnes pariter  
 respondent, ac campanæ nomen ingeminant, vestigia que-

nona ( quemadmodum & Christianis fieri solet) induunt. Et mox: Res igitur tam nefanda & illicita merito aboleri debet. Praclarè Maximilianus, ac culenter. Sed ut sues cœno, ita Papæ corruptelis istis ac fôrdibus delestantur. Et de ista turpis-  
sima sacramenti polluendi consuetudine videatur Martin. de Arles in tracta. de superstitione.  
3.num.9.nu.14. Age porrò: & aliquot insuper  
religionis corruptelas persequamur. Scriptura  
docet nos unicum esse Mediatorem Dei & ho-  
minum, Iesum Christum. i. Timoth. 2. & rursus  
1.Ioann.2. & Rom.8. Heb. 7. Itaque Ambro-  
sius in eandem epistolam: Solent, inquit, misera-  
vici excusatione, dicentes per iustos posse iri ad Deum,  
sicut per Comites peruenit ad Regem. Age: nun-  
quid tam demens est aliquis, & salutis sua im-  
memor, vt honorificentiam Regis vindicet Co-  
misi, cum hac de re si quis etiam tractare fuerint  
inuenti, iure utriusque damnentur maiestatis. Et  
isti non putabunt reos qui honorem nominis Dei de-  
ferunt creature, & relicto domino conservos adorant:  
quasi sit aliquid plus, quod servieur Deo. Nam &  
ideo ad Regem per tribunos & Comites itur, quia  
homo utique Rex: & nescit quibus debeat Remp.  
committere. Ad Deum autem, quem utique nihil  
latet ( omnium enim merita nouit) promerendum,  
suffragatore non est opus: sed mente deuota. Ubicun-  
que enim talis locutus fuerit, nihil respondebit. Hac  
Ambros. Quid? Papatus quam religiosè hoc  
Scripturæ sacræ & Ecclesiæ veteris institutum  
seruat? Negat ullum unquam ex hac vita san-  
ctum

ctum excessisse, & in beatorum sedes receptum  
esse, qui non Mediatoris, ac deprecatoris officio  
fungatur. Tantumne? imò verò quoscunque Pa-  
pæ vita defunctos ganeones, quoscunque Fran-  
ciscos, Dominicos & eiusdem generis planos at-  
que impostores in diuorum numerum referre  
voluerunt, eosdem mediatores ac suffragatores  
nobis induxerunt. Scriptura docet nos, duo tan-  
tum esse loca mortuorum animis post hanc vi-  
tam constituta, beatis quidem cœlos, maledictis  
autem inferos. Joan. 5. Matth. 25. Itaque August.  
libro hypognost. Primum, inquit, fides Catholico-  
rum diuina auctoritate regnum esse credit cœlorum  
secundum, gehennam, ubi omnis Apostata vel à  
Christi fide alienus supplicia experitur. Tertium  
penitus ignoramus: nec esse in Scripturis sanctis re-  
perimus. Hæc ille. At Papatus locum tingit esse  
tertium, ubi quorundam animæ leuiusculis &  
(vt loquuntur) venialibus peccatis obnoxiae, pri-  
usquam in cœlum ascendant, purgantur: quem  
iccirco Purgatorium ignem appellat: quasi præ-  
ter Christi sanguinē, qui nostri purgandi caussa  
effusus est, aut illis agnorum imagunculis, aut  
hoc imaginario igne sit opus: cum tamen dilu-  
cidè nos Scriptura doceat, animos nostros solo  
Christi sanguine purgari, eorumque labes hoc  
solo medicamento dilui. 1. Ioann. 1. Sanguis eius  
purgat nos ab omni peccato. & Matth. 26. Sanguis  
meus pro multis effundetur in remissionem peccato-  
rum. Denique verba Tridentini concil. fess. 25.  
hæc sunt: Purgatorium esse, animasque ibi deten-

fidelium suffragijs, potissimum vero acceptabili altaris sacrificio, iuuari. Item sess. 6. ca. 30. Sessione 22. cap. 2. & c. 3. Videmus, quantas in Christianam religionem Papatus corruptelas inuexerit. Sed aliae praeterea recenseri solent innumerabiles. Scriptura docet nos, duo tantum esse sacramenta: nempe baptismum, & coenam: quorum illud institutum est Matth. 28. Marc. 16. hoc vero Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. & 1. Corint. 11. 23. Itaque August. epist. 218. ad Januarium: Christus, inquit, sacramentis numero paucissimis, observatione facilissimis, significatione praestantissimis, societatem nostri populi colligauit, sicut baptismus trinitatis consecratus, & communicatio corporis & sanguinis ipsius. Item lib. 3. de doctrin. Christia. cap. 9. Paucia signa Domini & Apostolica tradidit disciplina: sicut est baptismi sacramentum, & celebratio corporis & sanguinis Domini. Ac pari numero Ambros. in li. de sacram. duo tantum agnoscit, baptismum & eucaristiam. At Papatus quinque insuper adiungit: Ordinem, Confirmationem, Unctionem, Poenitentiam, & Matrimonium. Trident. concil. sess. 6. c. 14. sess. 14. c. 1. & sequ. Scriptura sacra docet nos, coniugium non modò esse hominibus omnibus decorum atque honorabile, verum etiam ad scortationes vitandas penè necessarium. Heb. 13. & 1. Corinth. 7. Itaque Petrum Apostolum vxorem habuisse legimus, Marc. 1. & Marth. 8. vbi de Petri socrum mentio fit. Quintam Chrysostomus ad Tit. homil. I. Apostolus, inquit, obturat os hereticis, qui calumniantur nuptias: ostendens quod non

non si res detestanda, sed tam honorabilis, ut cum ea possint etiam in Sanctum thronum, Episcopalem scilicet, ascendere. Quid multa? Papa ipse in Decret. dist. 28. Si quis docuerit, inquit, sacerdotem sub obtentu religionis propriam uxorem contemnere, anathema sit. item dist. 31. Quoniam cautum est, ne fouetur cœlibatus, & ut à communione fidelium arceretur, qui propter ecclesiasticos ordines ab uxore sua se separar. item dist. 3. c. si quis nuptias. At idem Papa in concilio Tridentino usque adeo clericis & monialibus suis coniugio interdicit, ut etiam sacris suis initiatos ad iusurandum adigat se in perpetuo cœlibatu victuros: quam esse certam Antichristi notam, Paulus demonstrat 1. Tim. 4. Tit. 3. Scriptura docet soli misericordia Dei accepto ferendam esse salutem & iustificationem nostram per Iesum Christum. Isaiae. 43. Ego, ego sum, inquit dominus, qui deleo iniquitates vestras. Item Matth. 9. Ut sciatis filium hominis habere potestatem in terra remittendi peccata, dico Paralytico, Surge, tolle lectulum tuum & abi dominum. At Papa sic loquitur apud Bernardin. Rosetum sermon. 20. Nos operibus possumus vitam eternam prometeri. Ergo debemus presumere, & pro certo tenere, quod post hanc vitam sine dubio habebimus vitam eternam, pro remunerazione bonorum operum. Item in compendio de grat. sanctific. Opera bona sunt meritoria trium, scilicet vita eterna, augmenti gratiae, remissionis poena. Quasi vero vel tanta esse carnis nostrae castitas & sanctimonia possit, ut non semper servi inutiles iudice-

mur vel eas operas Domino ac patrono nostro  
præter debitas præstare, ut mereri aliquid possi-  
mus. Sed cetera videamus. Scriptura docet nos,  
in Cœna dominica æquè vinum ut panem acce-  
dentiibus præbendum esse. Matth. 26. Marc. 14. I.  
Cor. 11. At Papa non nisi panem præberi popu-  
lo permittit: sumptuone calicis & vini interdi-  
cit. Cōcil. Constantiens. sess. 13. quod interdictum  
eo magis mirari licet, quod Papa in Decret. de  
consecrat. dist. 2. c. comperimus, ita scriptum re-  
liquit: Comperimus quod quidam sumpta tan-  
tummodo corporis sacri portione, à calice sacri  
cruoris abstinenter: qui proculdubio aut integrâ  
sacramenta percipient, aut ab integris arreantur:  
quia diuisio vnius eiusdemque mysterij sine gradi  
sacrilegio non potest peruenire. Eadem scriptu-  
ra iubet omnes accipere, comedere, & bibere.  
At in Papatu soli sacerdotes accipiunt, come-  
duant, & bibunt. quod tamen disertè prohibitum  
est in eod. decret. de consecrat. dist. 2. c. per acta  
his verbis: Peracta consecratione omnes communi-  
cent, qui noluerint ecclesiasticis carere (arceri) li-  
minibus. sic enim & apostoli statuerunt, & sancta Ro-  
mana tenet ecclesia. Eadem Scriptura sacra sta-  
tuit, vt in ecclesia & piorum conuentu pronun-  
tientur omnia vulgari lingua, vt quid à quoque  
dicatur, facil è à multitudine intelligatur: & ra-  
tionem subiungit, quia si quid alieno & ignoto  
sermone propoundiaretur, assensum præbere  
multitudo non posset, & respondere, Amen.  
At in Papatu non tantum à sacerdotibus, verùm  
etiam

etiam à multitudine & mulierculis certas precatiōnū formulas admurmurantibus omnia Latina lingua pronuntiantur. Scriptura docet nos, Christum esse solum Pontificē & sacerdotē, qui suum corpus semel pro genere humano sacrificauit. i. Timoth. 2. Ephel. 5. & Hebr. 9. Christus semel oblatus ut multorum peccata tollere. Et c. 10. Sanctificati sumus per oblationem corporis Christi semel factam. Item, Una oblatione consecrauit in perpetuum eos qui sanctificantur. At Papa innumerabiles creauit sacerdotes, quibus mandauit, ut quoties missificarent, toties Christi corpus & pro viuis, & pro mortuis sacrificarent. vnde illa Canonis formula in Missa, Peccamus ut accepta habeas & benedic as hac dona, hac munera, hac sancta sacrificia, que tibi offerimus pro ecclesia tua. Item die Pasch. in secret. missæ: Suscipe preces populi tui, cum oblationibus hostiarum. Item ex missa pro defunctis: Hostias quas tibi pro animabus famulorum familiarium quo tuarum offerimus. Item, Hostias tibi, domine, pro anima famuli tui offerimus. Item in lib. Conformatum fol. 65. Frater Iohannes missam celebrans, & corpus Domini leuando cùm ipsum pro animabus defunctorum Deo Patri offerret, vidit infinitas animas de purgatorio egredi, quasi multitudinem scintillarū deginita fornace, & ad cœlestia volantes ob meritā Christi, qui quotidie in sacratissima hostia offertur pro viuis & mortuis. Verū hęc quidem corrupta, inquinata, contaminata, cōspurcata religione hactenus, exempli tantum causa, dicta

sint. Nam cùm hoc Papatus crimē multis magnisque voluminibus per annos amplius quinq̄inta continuos, à Theologis Germanis, Heluetijs, Gallis, Anglis, & alijs copiosissimè sit expositum ac tractatum, commodius videtur, ad quartum ciudem Papatus crimen accedere.

## C R I M E N S A C R I L E G I I.

3

**H**Aec tenus de secundo Papatus crimine dictum est. Deinceps ordo postulat, ut de sacrilegio differamus, & eo scelere quod vulgus Simoniam, à Simōne mago, appellat. Nā Romæ duas à Papa Simoniacas nundinationes exerceri constat, earum rerum, quas Spirituales vocant. Una est, in qua sacerdotia palam, sine vlla dissimulatione, veneunt, eaque lögè quæstuofissima. Altera non ita quæstufosa, sed nihilominus turpis, ac detestanda: quæ Taxa pœnitentiariæ apostolicæ appellatur: cùm peccatorum & scelerū omnium impunitas certo cuique imposito pretio ita palam atque aperte diuenditur, vt etiam nonnulli Canonistæ insatiabilē illam auaritiam & rapacitatem detestentur. Velut apud glo. in c. fundamenta de elect. in vj. vbi Ioannes Monachus ait, Romam, à predonibus fundatam, adhuc de suis primordiis retinere. Et profectò ita est, vt Romā quotānis incredibile pōdus auri ex opulētissimi cuiusq; regni gazis exportetur, quod Pape, Cardinales, cæteriq; ordinis ciudē Epicurei in profundiissimum libidinum suarū gurgitem summa

summa cū Christiani nominis infamia, profundūt. Prioris nomina, & tituli sunt innumerabiles: sed ex tanta copia hi ferè præcipui nominantur: Tributū ex Annatis, siue Vacātiis: quo verbo pri- mi anni reditus appellātur, quos ærario suo Pō- tifices asciscūt: sed ij plerūque duplīcātur, ac tripli- cantur. Itē tributum ex præventionibus, resi- gnationibus in fauorem, commendationibus, di- spensationibus ætatis, ordinis, irregularitatis, vi- tij corporalis. Item ex gratiis expectatiis, ex de- uolutionibus, ex beneficiis vacaturis, ex priuile- giis, exemptionibus non visitandi, vel per pro- curatorem visitandi, homologationibus cōcor- datorum, transactionibus sub beneplacito papæ factis, permutationibus beneficiorum cum di- spensione, mandatis Episcopalibus, expeditio- nibus in forma ratione congrui, creandis proto- notariis, & notariis Apostolicis: cum coadiuto- ribus, literis maioris aut minoris iustitiæ, digni- tatibus secularib. ecclesiasticis, nouis fundatio- nibus, vel immutatione antiquarum, vel reduc- tione regulari in monasteriorum in secularem statum, vel restitutione in integrum, pro fructi- bus percipiendis in absentia, pro legitimationi- bus, altaribus portatilibus, pro non obstantiis, pro indulxit clericorum secularium, pro reuoca- tionibus, & reductionibus, pro Toleramus, siue tolerantiis concubinarum, & pro rescriptis ad lites. Dies nos deficeret, si singulas æruscationū, ac potius latrociniorum istorum species enume- rare conaremur. Neque verò necesse est. Nam

extat his de rebus ac nundinationibus liber Pó-  
tificius, hoc titulo, Taxæ cancellariae Apostolice  
cum notabilibus, iuxta stylum hodiernum cu-  
riae Romanæ: quo in libro memorabilis extat  
quodam loco sententia his expressa verbis: ET  
N O T A diligenter, quod eiusmodi gratiæ & di-  
spensationes non conceduntur pauperibus:  
quia non sunt indeo non possunt consolari. Quis  
tam securus numinis diuini contemptor: quis tā  
nulla conscientia inter Regios consiliarios repe-  
tiri poterit, quem hec latrociniorū, saerilegio-  
rum, simoniarū portēta nō moueant? Quis tam  
ferreus, ac patrię inimicus, qui Gallicarū opū di-  
septione, & miseræ plebis depopulatione, cuius  
ex medullis ac visceribus illæ pecuniæ diripiun-  
tur, quas profundè Paparū, est & Cardinalium li-  
bidines deuorarunt, non magnopere cōmonea-  
tur? Incredibile videbitur quod iam dicturi su-  
mus, sed tamē certum & exploratū. Stante quō-  
dam Romano Imperio tanta ex omnibus orbis  
terrarum partibus opum ac diuitiarum copia,  
tanta auri, argentique vis ex gentium populo-  
rumque penè omnium tributis ac vestigalibus  
imperatis Romam quotannis importabatur, vt  
ciuitas illa dici vocabulo Grēco soleret Epitome  
orbis terrarum: Athenœus lib. I. θητοὺς τὸν οἰκε-  
πόλιν. Quid si iam doceamus Papā Romanū, suis  
technis, præstigiis, ac nefariis artibus ex sola Eu-  
ropa (que pars orbis tertia numeratur) nō min-  
quātū Imperatores Romani tot legionibus præ-  
fido

## FVL M E N.

fidio vbiique impositiis ex omnibus terrarum o-  
ris exigebant? Audiamus Flauij Blondi, hominis  
Itali, & summi Paparū assentatoris testimonium,  
ex ipsius libro Romæ instauratæ III. Nunc, in-  
quit, principes orbis terrarum Dictatorem perpetuum,  
non Cæsar, sed pectoris Petri successorem, & Im-  
peratoris prædicti vicarium, Pontificem summum A-  
DORANT, & colunt. Nunc orbis terrarum Cardi-  
nalium senatum in urbe Roma, post Pontificem vene-  
ratur. Quid? quod maiora, vel certè paria prisorum  
temporum vestigalibus Europa penè omnis tributa  
Romam mittit, dum singule ciuitates à Romano Pon-  
tifice beneficia sacerdotalia accipiunt? hæc Blondus.  
Sed huius immanis sacrilegij ratio paulò diligen-  
tiùs conficienda est. Nam Suetonius in vita Iulij  
Cæsaris ita scribit, Omne Galliam, in prouincias  
formam rededit, eique in singulos annos quadringen-  
ties fœstertiūm stipendiū nomine imposuit. Hoc idem  
Eutropius libro Breuiarij sexto totidem propè  
verbis scriptum reliquit. Hunc fœstertiūm naume-  
rum, si Guillielmi Budæ rationem sequamur, re-  
periemus respondere nostrati pecuniae ad decies  
centena aureorum coronatorum millia: siue (vt  
vulgus loquitur) vnum millionem: vt Germani  
vsurpant, decē tonnas auri. Ingens hoc fuit Gal-  
liae tributum: quod (vt dixi) quotannis ita Cæsa-  
ribus pensitabat, vt tamen ex eo stipendum pre-  
sidiariis aliquot legionibus persolueretur. Quid  
si iam doceamus Papam Romanum non mino-  
rem quotannis summam, sine ullo impendio, Ro-  
main suis præstigiis atque artibus elicere? Incre-

dibile fortassis alicui videbitur, ac planè monstrū simile: ut antè dixi, sed tamen esse verissimum, certissimo testimonio conuincemus. Ecquis igitur istius tam immanis latrocinij, vel potius sacrilegij testis est? Senatus ipse Parisiensis, qui in Gallia dominatur, qui circiter centum ab hinc annis Regi Ludouico XI. postulata quædam pro Gallicis Ecclesiis detulit his verbis, quæ Franciscus Duarenus Iuriscon. Latinè conuertit, & edidit, cum priuilegio Regis, bis Lutetia, & iterum bis Lunduni: sub finem libri de Beneficiis. Nam sub illorum postulatorum articulo LXXII. ita scriptum est: *Vt speciatim ac sigillatim demonstremus, quantum opere hoc triennio pecunia regnum exhaustum sit, animaduertendum est, Pij Pontificis tempore vacasse in hoc regno plusquam virginis Archiepiscopatus & Episcopatus.* nec dubium est, quin tam pro anno illo vinctigali, (quod Annatam vocamus) quam pro rebus quo sumptu accessorio & extraordinario in singulas Bullas sena aureorum millia depensa, numerataque sint: quæ summa est centum & viginti millium aureorum. Sequitur articulus LXVIII. Abbatia ab sexaginta eò amplius vacauerunt in hoc regno: quarum singula duobus millibus aureorum minimum constiterunt. summa ergo est centum & viginti millium aureorum. LXXXIII. Eodem tempore Prioratus, Decanatus, prepositura, preceptoria, & alia dignitates, quæ lituo insignitæ non sunt, plus quam ducentæ vacauerunt: ac in singula huiusmodi beneficia aurei numerati sunt quingenti. Summa igitur est centum milium aureorum. LXXV. Constat in hoc regno ut minimum

nimum centum millia parœciarum esse, quæ inhabitentur & incolantur. Nec villa est, in qua eo tempore gratiam expectatiuam aliquis non impetraverit: in quarum singulas vigintiquinque aurei impensi sunt, tam pro itineris sumptu, quam bullarum confectione: pro non obstantis, prærogatiis, annulationibus, & alijs specialibus clausulis, quæ gratijs expectatiis adscribi consuerūt. Item pro-exsecutorio processu super eidem gratijs facto. Summa hæc est vicies quinques centena millia aureorum. Hæc Senatus Parisiensis. Colligatur nunc illarum summarum summa. Reperiatur ad nouies centena sex & quadraginta milia sexcentos sex & sexaginta coronatos, & insuper vnius coronati bessem: quæ tertia pars est eius summæ, quam Senatus Parisiensis demonstrat illo triennio Romam esse delatam: nempe duodecimies centenūm & quadragenūm millium coronatorum: siue (vt vernaculo sermone vtamur) trium auri millionum, minus centum sexaginta millibus: siue (vt Germani loquuntur) ad octo ferè & viginti auri tonnas. Quinetiam compertrum est, taxam vacantiarum descriptam in libris Cameræ de Ecclesiis cathedralibus & Abbatii Gallicarum, taxatis tantū: sexto quoque anno confiscere summam sexentorum nonaginta septem millium septingentarum quinquaginta librarum Gallicarum extra prælaturas non taxatas: & alia beneficia, quorum exactiones ferè illam summam exæquant. Et erit quisquam in regiis Parlamentis Gallicis, qui hanc siue voraginem, siue potius Scyllam, Charybdim, gurgitem

ex quo se animo ferre fatebitur? ac non potius vbi  
 tantarum summarum iacturam audierit, non il-  
 lam immanem ac tetram belua precibus omni-  
 bus detestabitur? Neque tamen vnum hoc testi-  
 monium proferemus. Ecce nobis aliud ex libel-  
 lo, cui titulus est, Sylva locorum communium,  
 sub exitum Concilii Basiliensis edito, vbi ratio  
 confecta eius pecuniae, quæ sub Papæ Martini  
 quinti Pontificatu ex sola Gallia Romam expor-  
 tata est, excurrisse dicitur ad nonagies centena  
 aureorum coronatorum millia. Et miramur  
 eundem illum Parisensem Senatum, in iisdem po-  
 stulatis, artic. LXXI. grauiter & acerbè questum  
 esse, tantam auri argenteique Gallici copiam quo-  
 annis Romam exportari, ut interdum ad usum  
 plebis Gallicæ pecuniam ærcam pro argentea cu-  
 di oportuerit? Sed audiamus articulum eorundem  
 postulatorum LXII. Antehac (inquit Senatus Pa-  
 risiensis) populares regni huius certacim concurre-  
 bant Romanum, quorum alij Cardinalibus & aulicis in-  
 seruiebant: alij nullius hominis familia mancipati, sed  
 aliqua spevana illecti, suam parentumque suorum  
 substantiam absumentebant: alij, & hi quidem plurimi,  
 eo consilio Romanum migrabant, ut ceteris hic manen-  
 tibus molestiam exhiberent, & Ecclesias, beneficiis  
 que ab eis, quo iure quaque iniuria extorquerent.  
 Nam experimento compertum est, maximam eorum  
 partem, qui hinc Romanum proficicebantur, siue ob iti-  
 neris periculum & molestiam, siue ob pestem, que Re-  
 ma crebro grassatur, mortem statim oppere solitos  
 fuisse: qui vero ex his periculis incolumes evadabant,  
 negotiis

negotium facessebant senibus, valerudinariis, & aliis  
 eiusmodi, qui in Ecclesiis & beneficiis suis erant affi-  
 dus. Ac sā numero contingebat, ut miseri homines in  
 curiam Romanam citati, cūm aduersus istos calum-  
 niatores se defendere nequirent, præ tædio & macore  
 vitam finire cogerentur. LXII. Plerique beneficiorum  
 captatores parentum & amicorum loculos exhauien-  
 tabant omnino, tandemque ad summam inopiam, aequa  
 adeò mendicitatem redigebantur. Nec verò ulla spe  
 alia tantas perferebant, miseras, nisi ut plumbum for-  
 tè pro auro domum aliquando referrent: accidebatque  
 interdum, ut cornu inhians deluderetur, utque plumbum  
 esset. Cum enim bullis suis plumbis consideret, inter-  
 veniebat alius, qui annulationem aliquam ex inspe-  
 tato afferret: ac interdum decem aut duodecim ad  
 idem beneficium anhelantes & acceptantes existe-  
 bant. Ortaverò lite inter eos Romanam denuò re-  
 deundum erat litigandi caussa. sic omnibus passim  
 Roman confluentibus, regnum popularibus ac subdi-  
 tis miserabiliter destituebatur. Atque hæc quidem  
 Senatus Parisiensis querela fuit de insatiabili  
 Paparum avaritia, & inexplebili rapacitate an-  
 nis ab hinc amplius centū, Regi Ludouico de-  
 lata, neque tamen ex nouis & recentibus Pa-  
 parū latrociniis nata. Extat enim eius Ludouici  
 regis, qui Beatus dictus est, ex anno CIO CCXX-  
 IIX. constitutio, quæ quanta iam tum in Galliæ  
 regno Paparum avaritia grassaretur, non obscu-  
 rè ostendit: sub titul. de Talius: Exactiones, inquit,  
 onera grauiæ pecuniarum per curiam Romanam  
 Ecclesiis regni nostri imposta, quibus regnum misé-

rabiliter depauperatum exiit, seu etiam imponenda lenari & colligi nullatenus volumus, nisi duntat pro rationabili, pia, & urgentissima, vel inenitabili necessitate, ac de expresso & spontaneo consensu nostro, & ipsius Ecclesia regni nostri. Iuuat etiā hūc in locum illud præclarum Abbatis Urspergensis epiphonema trāscribere, ex vita Philip. Imp. pa. 321. vnde intelligatur, quām vetus querela hæc fuerit de Papatus R. sacrilegiis, quæ Sixtus v. pro sua tyrānide fortiter tueri instituit. *Vix remasit,* inquit, *aliquis Episcopatus, siue dignitas ecclesiastica, vel etiā parochialis ecclesie, quæ non fieret litigiosa, et Romam deduceretur ipsa causa: sed non manu vacua.* Gaudet mater nostra Roma, quoniam aperiūtur cataractæ thesaurorū in terra, ut confluantriui & aggères nummorum in magna copia. Letare super iniqüitates filiorum hominum: quoniam in recompensatione tantorum malorum datur tibi pretium. iocundare super admitrice discordia: quia erupit de puto infernalis abyssi, ut accumulentur tibi multa pecuniarum præmia. habes quod semper satis. decanta canticum, quia per malitiam hominum, non pertuam religionem orbem vicisti. Ad te trahit homines non ipsorum deuotio, aut pura conscientia, sed scelerum multiplicium perpetratio, & litium decisio pretio comparata. Audiamus præterea Theodori Nihemij non dissimilem in hoc genere querimoniam ex Tract. 6. c. 37. vt Regis Galliae consiliarij cognoscant, quām liberè complures boni viri iampridem hæc Papatus R. sacrilegia detestati sint: & per ea tempora detestati, quibus ecclesia

ecclesia Christiana crudelissimo eiusdem Papatus dominatu premebatur. Camera Apostolica, inquit, assimilatur mari in quod intrant omnia flumina, & non exundat. Sic enim in istam portantur ex diuersis mundi partibus auri pondo millia : attamen non impletur: in qua est generatio; que pro dentibus gladios commutat: ut comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus: in qua sunt multæ sanguisuga dicentes, AFFER AFFER. cuius quidem came-re officiales Gentes cameræ nuncupantur. Bene quidem. Gentes enim sunt barbaræ nationes, habentes ritus extraneos à moribus hominum. O iustissimæ gentes, rectè cum infernalibus futiis, seu Harpis, & Tantalo sortem subundi posituri, qui nunquam satiantur. Quinetiam Canonistarum quorundam extant versiculi, perditam Paparum auaritiam execrantium: in his Ioannis Monachi, eius quem paulò ante memorauimus; cuius ex præclaris monumentis hæc celebrantur;

Romanus rodit, quas rodere non valet, edis;  
Danies exaudit, non dant bus ostia claudit,  
Curia curarum genitrix, nutrixque malorum,  
Ignoros notis, in honestos aquat honestis.  
Item alio loco.

Curia vult marcas, bursas exhaustit & arcas:  
Si bursæ parcas, fuge Papas & Patriarchas:  
Si dederis marcas, & eis impleueris arcas,  
Culpæ solueris, quaque ligatus eris.  
Intus quis? in quis? ego sum: quid queris? vi intræ:  
Fers aliquid? non sta furis: fero quod satis, intra.  
Adhuc de prodigiosis Paparum latrociniis, &

priore sacrilegiorum ac simoniaeorum criminū genere diſtū est: Deinceps ordo postulat, vt de altero dicamus, quod Pœnitentiaria taxa vulgo nominatur, si prius vnum illud addiderimus, quod Franciscus Petrarcha, homo Italus, de Papa Ioāne x xii. scriptum reliquit, reperta in eius mortui ærario, ab ipsis heredibus fuisse nō minus vices quinque millena aureorū millia. quā summam Galli sic exprimunt, viginti quinque milliones auri: Germani verò ducetas quinquaginta auri tonnas. Ex quo de aliis cōsimiliū predonum sacrilegiis, ac latrociniis cuiuis existimādi copia est. Extat igitur liber editus Lutetie anno 1520. cum priuilegio Parlamenti Parisiensis, ex die Iunij 6. eod. anno, cui titulus est, Taxæ Cācellariæ apostolicæ, & Taxæ sacræ pœnitētiariz itidē apostolicæ: vbi folio 36. videre hæc absolutionū pretia, & nūdinationes apostolicas licebit. *Absolutio pro monacho portante fofulares rostratos, & tunicas nodatas, grossi septem.* *Absolutio pro presbytero, qui coniunctos in gradu prohibito matrimonialiter copulauit, & coram eis celebravit, grossi septem.* Pro eo qui in Ecclesia cognouit mulierem, & alia mala commisit, grossi sex. Pro presbytero, qui non nullas personas clandestinè matrimonianuit, & clandestinis matrimoniiis interfuit, grossi septem. Pro laico quires sacras de loco sacro cepit. g. 7. *Absolutio pro eo qui matrem, sororem, aut aliam consanguineā, vel affinem suam aut commatrem carnaliter cognovit, grossi quinque.* Pro eo qui virginem deflorauit, g. 6. pro perintro, g. 6. Pro laico, qui Abbatem, aut alium presbyterum

presbyterum minorem Episcopo, monachum vel clericum interfecit, grossi septem, 8. vel 9. Absolutio super homicidio laicis, pro laico, g. 5. Pro presbytero, decano, aut clero, quando signatur supplicatio per Fias, 8. 18. vel 16. Absolutio pro eo qui interfecit patrem, matrem, fratrem, sororem, uxorem, aut alium consanguineum laicum: quia si esset aliquis eorum clericus, teneretur interfector visitare sedem apostolicam. gr. 5. vel 7. Pro marito, qui uxorem suam percussit, de qua peperit abortivum & ante tempus. gr. 6. Pro muliere, que bibit aliquem potum, aut alium actum fecit, per quem destruxit foetus in utero vinificatum. gr. 5. Annon misera ac deploranda gentium Christianarum conditione est, quarum ex sanguine & visceribus, tanti pecuniarum aacerui, Romam exportantur, quae mox in lustris, ganeis, & helluationibus Paparum, Cardinalium, & eiusdem generis Epicureorum consumantur. Annon funestum ac luctuosum plebis Galliae spectaculum videtur, cum his temporibus toties instauratis ac renouatis Ecclesiarum reformatarum persecutionibus, innumerabiles familias intuemur, fame & inopia eiectas, vicatim miseria perditas ac deploratas, mendicare? Romanos autem Epicureos opimos, & pingues citium nostrorum sanguine saginari: Gallos indigenas antiquissimis ortos familiis, patriis sedibus expulsos, per exteras regiones vagari egentes, cum coniugibus & liberis? Romanos Ganeones a Sixto v. in illorum locum summissos benignè & liberaliter ab iis qui rerum potiuntur, excipi? O nationem Gallorum, ceteris gentibus omni-

bus ridiculam, quæ tandiu tyrannicum istū Pa-  
patus dominatum ferre potest! O Iesu Christe,  
crucifice pro nobis, & resuscitate, & ad Dei Pa-  
tris dextram collocate, ecquem ostendis exitum  
nobis, aut quem das finem Rex magne laborū?

Atque ut clarissimi Parlamentorum Senato-  
res Iurisperiti intelligent, fuisse iampridem eius-  
dem ordinis eruditos viros, qui crudelem istam  
ac barbaram tyrannidem aperte detestati sunt,  
deinceps aliquot ex ipsorum libris testimonia  
proferemus, quorum illud primū est ex doctore  
Alberico in l. bene à Zenone. nu. 18. C. de quadr.  
præscrib. Præsidentes Ecclesie Romanae, inquit, eo-  
rum astuta & sagaci prudentia secundum temporum  
varietatem sua variauerunt statuta. modo imperium  
sublimando, modò paulatim deprimendo, de tempore  
in tempus. Sed ad quid? nisi ut sensim omnia & ce-  
lestia & terrena, & spiritualia & temporalia (vitiorum  
et) pedibus suis, ut palam gloriantur, subicerent.  
Secundus auctor prodeat Ioan. Petrus Ferrarie-  
sis, cuius in Practica forensi, quam ante annos am-  
plius centum quinquaginta scripsit, verba hac  
sunt, in Formul. aet. confess. In tantum excreuit hic  
appetitus, quod ne dūm laici, sed etiam summi sacer-  
dotes & clerici, sunt tali modo & vitio penitus infecti.  
Vides enim quod ipse qui deberet, tanquam verus vi-  
carius, vestigia sequi Iesu Christi, possidere, & manu  
armata nititur detinere iurisdictionem in terris. ciuit-  
atibus, & villis, & locis, quæ sunt naturaliter & à  
mundi creatione, & Christi ordinatione imperij Ro-  
mani. iuxta illud. Quod est Dei, reddatur Deo:  
& quod:

¶ quod est Caesaris, Caſari. Imo ipſe Papa in ipsum Imperatorem nititur superioritatem habere, quod ridiculum est dicere, atque abominabile audire. Item in forma responsi. rei conuen. num. 10. Nota, quo modo & quorū modis isti clericī illaqueent laicos, & suā iurisdictionem amplient. Sed heu miseri Imperatores & Principes ſeculares, qui hoc & alia ſuſtinetis: & vos feruos Pontificum facitis, & mundum per eos infinitis modis usurpari videtis, nec de remedio cogitatis: quia prudentie & scientie non intenditis. Ideo attendite, & memoria commendate, quid dicat Hieronymus: V̄teres ſcritans historias, inuenire non possum ſcidiſſe e. clesiam, & de domo Domini populos ſeduxiſſe, prater eos qui ſacerdotes Deo poſiti fuerant. Hæc ille Pragmaticus, ante annos, vt diximus, centum & quinquaginta, liberè, fortiter, & animoſe: cùm tamen per id tēpus Ecclesia Christiana tyrannico Paparum dominatu, vel maxime premeretur. Quid est igitur, quòd quisquam hoc tempore miretur, si Sixti quinti impietatem in conflictis Francisci ſui religionibus tuendis, crudelitatem in Galliæ regno toties lacerando, impotentiam in Regum maiestate conculcanda, rapacitatem & sacrilegia in bonis ecclesiasticis diripiendis tantopere detestemur? Audiamus alteram eiusdem Pragmatici ſentētiam in formula rei conue. §. Praefcriptionis, vbi ſic loquitur: Nū quā quiesceret Italia, donec ipſa Ecclesia non poſſideat omnes ciuitates vel caſtra: & donatio eidem facta per Constantiū, fuerit per aliquem probum & potenter Imperatorem penitus renocata: cūm non bene

canueniat psalterium cum cithara: nec datum sit a Christo,  
nec B. Petro, quod possidere debeant talia: sed quod  
est Caesaris, reddatur Cæsari, & quod est Dei, Deo. Itē  
in form. Sent. indefinit. §. Sed ad quemcūque. Ad  
Papam, inquit, quocunque omisso medio appellare  
licet. Quod ideo prouiderunt, ut lites ad curiam suam  
eraherent, & suam auaritiam faiarent: quod tamen  
nunquam facient: quia clericorum animus & appeti-  
tus & enixus præ ceteris, in pecunijs cumulandis, con-  
tra honestatem communem, & fidem Deo promissam:  
non attendentes, nec studentes bonis moribus, nec scri-  
pturis diuinis. Item in forma libel. quo agitur ex  
substitut. §. ex suo corpore. Scire debes tu, ignare  
laice, quod imperium aliquando habuit utrumque gla-  
dium: temporalem scilicet & spiritualem: adeoque  
quod tū Imperatores conferebant omnia beneficia Ec-  
clesiastica per uniuersum orbem, & amplius eliger-  
bant Papam, ut habetur in c. Adrianus, 13. distin.  
notat Innocent. in c. 2. de maiorit. & obedien. Impe-  
ratores concederunt priuilegium, ut bona ingredien-  
tium monasteria applicarentur ipsis monasterijs: pro-  
pter quod priuilegium multiplicata sunt, & fundata  
monasteria infinita, per uniuersum orbem: olim causa  
deuotionis, licet hodie causa rapinae & auaritiae: in-  
tantum, quod destruxerunt hodie mundum & anni-  
hilassent statim imperij, & omnium laicorum. Pos-  
sunt ergo dici merito illa loca facta vel fienda, Reuia  
contexta ad capienda laicorum bona. Surgat ergo  
bonus Imperator, & dicant omnes, Fiat pax in virtu-  
te tua, & abundantia in turribus tuis.

CRIMEN

## CRIMEN MAIESTATIS.

PROXIMUM est, vt ad crimen conculcatæ maiestatis accedamus. quid enim Læsæ dicimus, aut imminutæ? cùm Papatus his propè quadringentis annis, ita superbè, & Imperatores & Reges, ac Potentatus Europæ omnes contempserit, vt eos non tantum pro vassalis ac feudatariis suis, sed etiam pro vilissimis mancipiis habuerit. Cuius furiosæ superbie testimonia hæc sunt certissima: primùm in c. vnam sanctam, Extraug. de maior. & obed. *De necessitate salutis credendum est, Papa Romano creaturam omnem subesse.* Item illud, *Super Gentes & regna Romanus Pontifex constitutus est. c. i.* Extraug. de consuetud. *Papa superioratum habet in Imperium, & vacante Imperio Imperatori succedit. Clement. Pastoralis, de re iudic. Papa potest transferre imperium de Gente in gentem. c. venerabilem, de elect. Papa potest Imperatorem deponere. c. 2. de re iud. Papa Romanus habet utriusque potestatis temporalis, & spiritualis monarchiam: Habet sacerdotij principatum, & est Christianæ religionis caput. c. fundamenta, de elect. in vj. *Quanto sol superat lunam, tanto Papa superat Imperatorem. c. solit. ext. de maior. & obed.* Omnes homines, cuiuscunque sunt dignitatis, & præminentia, vt primum in conspectum Papæ veniunt, distantibus spatiis, ter debent ante illum genua fleclere, & eius pedes osculari. lib. i. Cerem. pontific. sect. 3. c. 3. Quando Papaper scalam ascendit equum, maior princeps qui præsens*

adest, etiam si Rex esset aut Imperator, stapham equi Papalis tenere debet, & deinde ducere equum per frenum aliquantum. Si Imperator aut Rex, soli essent, id est, non esset alius Rex, soli equum ducerent cum dextra manu. Sin vero esset alius Rex, dignior a dextra, aliis a sinistra frenum tenerent: si vero Pontifex, non equo, sed sella vehetur, etiam si Imperator aut Rex adesset, sellam ipsam cum Pontifice humeris suis portare aliquantulum debent: Item section. 12. cap. 5. Princeps civitatis quam Papa intrabit, etiam si esset Rex, ducet equum Pontificis freno: vel si Pontifex vehitur sella, subie sellam cum suis proceribus dignioribus per aliquoc passus: deinde iubente Pontifice, Rex ascendit equum, & equitat suo ordine. d.lib. 1. tit. 2. Quod si ita placeat Papa, ut non equo, sed sella vehatur, tunc Imperator vel Rex, si quis adsit, debet ipsam sellam suis humeris sustinere. tit. 2. Imperator in coniuio aquam Papa manibus ad losionem prabere debet. tit. 2. In Papali coniuio Imperator vel Rex Romanorum debet portare primum ferulum. eod. tit. 2. Imperator tenetur prastare Papa iuramentum fidelitatis, & obedientiae, cuius formula extat in c. 1. de iure iuri. & c. tibi domino, dist. 63. Satilne perspicue Paparum intoleranda audacia his testimoniiis conuicta est? Sanè sic videtur, apud eos quidam iudices ac parlamentorum senatores, quibus aliquis conscientiae & diuini numinis metus supererit. præsertim cum etiam Doctores Canonistæ hoc ipsum fateantur. Nā Cardinal. Zabarella, qui tractatum scripsit de schismate

Hismate circa annum Christi c<sup>r</sup>o cccevi. in illo tractatu ita scribit: Considerandum est de honorificetia facienda Papa, ne in ea excedatur modus, ut videntur non magis honorari Papa, quam Deus. Ita enim honorandus est, ut non adoretur quod defieri passus non fuit B. Petrus: de quo legitur Act. 10. quod Cornelius procedens ante pedes eius adorauit eum: Petrus vero eleuauit eum dicens, Surge: Ego ipse homo sum, sicut & tu. Hæc Zarabell. quibus consentaneum est illud Ioh. Fabri in præf. institut. Papa, inquit, in verbis se dicit seruum seruorum: de facto tamen se adorari permittit. quod Angelus in Apocalypsi refugit. Hæc Faber.

Papæ autem huius tantæ superbiae titulum atque auctoritatem proferunt ex Imperatoris Constantini Magni beneficio, cuius instrumentum extat primùm Latinè in dist. 96. c. Constantinus: deinde Græcè apud August. Steuchum Papæ Bibliothecarium in lib. de donat. Constant. impresso Lugduni anno c<sup>r</sup>o 1547 in hæc sententiam. Ut totius Occidentis, hoc est, Italæ, Siciliæ, Sardiniae, Galliae, Hispaniae, Angliae, Germaniae, imperium sit penes Papam Romanum: eoque nomine pari ornatus, parique, atque adeò maiore dignitate, maiestate, imperio & potestate prædictus sit, atque ipse Constantinus fuerat: comitatum etiam equitum consimilem habeat: usque eò ut ei in equo sedenti Imperator aliquantis per pedissequi operam præset, & ipsius equi frenum tenens aliquandiu eum asseretur. Qua de re idem Steuchus libro secundo capitulo sexagesimo sexto, pagina 134. ita scribit.

Illa quoque editi pars, qua magnus Imperator predicat se frenum equi S. Sylvesteri Papa Romani tenuisse, equumque duxisse (in quo noscitur pedum de osculatio) probatur vera esse, quod successores Imperatores, non multo post tempore similia fecerunt. Nam ingrediente Pontifice Romano Constantiopolim, Iustinianus cum regno in capite sese prostruit, & pedes osculatus est Pontificis. Item cum Stephanus Pontifex proficietur ad Francorum Regem Pipinum, audiens idem Rex eiusdem aduentum, nimis festinanter in eius aduenit occursum, una cum coniuge, & filiis, & primatis, & ferè ad centum millaria filium suum Carolum ei misit, cum aliquibus optimatis. Ipse quoque in Palatio, quod dicitur Ponticone ferè ad trium milliarium spatium descendens de equo suo, cum magna humilitate, terra prostratus, una cum coniuge & filiis, & optimatis eundem suscepit Pontificem, cui & vice stratoris usque in aliquantulum locum iuxta eius sellam properauit, & cum gloria ad palatium duxit. Hec ad verbum protuli ex Iuone Carnotensi: ille (vitae reor) ex Anastasio bibliothecario. Haec tenus Steuchus: quorum similia, Platina in vita Stephani 11. de Pipino & Carolo commemorat. Conferamus iam cum istis Thrasonicis ac phaleratis Papæ Romani verbis Christi modestiam, & præcepta, cuius se Papa vicarium & successorem esse contendit. Scitis, inquit, principes gentium in eas dominari, & qui magni sunt, potestatem in illas exercere. Verum non ita erit inter vos: sed quicunque voluerit inter vos magnus fieri, sit uester minister. & quicunque voluerit

Ut inter vos primus esse sit vester minister: sicut filius  
 hominis non venit ut sibi ministraretur, sed ut mini-  
 straret. Matth.20. Ego sum in medio vestrum, ve-  
 qui ministrat. Luc.22. Itaque quoties Apostolis  
 mandatum aut negotium aliquod dedit, nusquā  
 vnum aliquem ceteris anteposuit: sed omnes  
 pari eodemque loco habuit: ut pote negotii e-  
 iusdem collegas ac socios. veluti cūm eos obire  
 iussit terrarum orbem, & euangelium prædicare,  
 ac miraculis eam prædicationem confirmare.  
 Matth.10.7.&8.Luc.10.9.aut cūm iisdem prædi-  
 cit fore, vt XII. tribus Israel iudicent, nullum  
 ex iis aliquem in tribunali, reliquos in subselliis  
 sessuros dicit. Matth.19.30. sicuti Pseudoconsta-  
 tinus scribit, Concedo Ecclesiæ Romanæ Ponti-  
 fici, vt sacerdotes ita eum caput habeant, sicut  
 iudices Regem.c. Constantinus, 96. dist. cūm in  
 Apostolos cōgregatos Spiritus sanctus immisus  
 est: cūm iis ligandi & soluendi ius datum est, cūm  
 ad prædicandum euangelium missi sunt, cui tan-  
 dem illorum aliqua iuris prærogatiua, aut pri-  
 uilegium conceditur? Ioh.20. Mat.28. Act.1. Ac  
 magna quidem illa sunt Papalis insolētiæ, super-  
 biæ, & contumaciæ exempla: sed illud aliquan-  
 tò maius ac mirabilius, quod de Imperat. Fri-  
 derico Ahenobarbo historici complures memo-  
 riæ prodiderunt: in his Helmodus Chronic. Scl.  
 capitulo octauo. 1. Naucler. generat. 39.  
 Barnus de vit. Pontific. Cūm inter ipsum & Pa-  
 pam Adrianum conuenisset, vt ipse Papæ quan-  
 tam maximam posset reuerentiam, quasi B. p. petri

succeſſori, exhiberet: denique ut ei ex equo deſcendentis strepam teneret, Imperatorem ad latus dextrum extitisse, strepāmque dextram contigisse. quo factō Papam indignatum, Imperatorem increpuisſe: ſed hunc illi respondiſſe, factū id tenendarum ſtreparum iſcientia, quod eo primū tempore tenendæ ſtrepæ munus obiuiſſet. Quæ cùm ita ſint, ac tantum ſibi Papa dominatum in ſummos quosque orbis terrarum Principes ſumferit, tamen ſuaue auditu eſt, quod Papa noster Sixtus V. dominatum illum F A M V L A T V S nōmine appellat. Nam initio ſuę contra Regem Nauarrum Declarationis hiſ vtitur verbis: Ideò ſe Nauarrum Regem & Cōdæum Principem excommunicare, vt SVI F A M V L A T V S tempora ſublatis hæreticis, pace & otio fruantur. Quod, malūm, iſtuc Famulatus genus eſt, quod in occupando orbis terrarum imperio, in conculcanda Regum & Imperatorum maiestate conſumitur? Ex eodem Famulatus genere illud eſt, quod idem Adrianus Papa eidem Friderico hiſ ſcripsit verbis: *Super prudentia tua non mediocriter miramur, quod B. Petro, & S. Rom. Eccleſia non quantam deberes, exhibere reverentiam videris. In literis enim ad nos missis, nomen tuum noſtro præponis. in quo iſolentiæ, ne dicam arrogantiæ, notam incurris.* Qua de re idem Nauclerus Genes. 39. teſtatur. Sed iam ad ſummu[m] ac præci- puum Papalis ſuperbiæ, & conculcatæ Regum Maiestatis teſtimoniu[m] veniendum eſt. Nam cùm illius Adriani ſucessor Alexander ſupra dictum

dictum imperatorem Fridericum in illis tetricis Ecclesiæ Christianæ nubibus, ac tenebris, visitata excommunicatione terruit, Fridericus autem, temporum illorum superstitione imbutus, absoluī se ab illa postulasset, diem ei Papa præstituit, quæ se Venetiis in summo templo sisteret. Vbi eò ventum est: adstante magna Cardinalium & Episcoporum copia, tūm Papa negauit se gratiam ei suæ proscriptionis facturum, nisi prius ad ipsius pedes prostratus ac supplex veniam ab ipso deprecaretur. Quod vbi factum est, tūm Papa pede altero sublato, & collo prostrati Imperatoris imposito, carmen illud ex Psalmis Davidis à suis sacerdotibus cani iussit. *Super aspidem & Basiliscum ambulabis, & conculcabis Leonem & Draconem.* cuius Cyclopicæ immanitatis testimonia luculenta extant apud eundem Naucleum Genes. 40. Barnum de vit. Pontific. & Fuccium, in Chron. Ecquis est ex tanto Regis Galliæ senatorum & Consiliariorū numero, qui maius aliquid aut certius conculcatæ maiestatis testimonium requirat? Quanquam dixerit fortasse quispiam, Cur tam angusto animo tantus Imperator, & tam potens Monarcha? Nimirum hæc fatalis temporum illorum superstitione fuit, quæ mentes hominum in illa caligine occupabat. quo de genere scitum est illud T. Liuij, de Bacchanalibus scribentis: *Nihil est in speciem fallacius quam prava religio, quum Deorum numen prætenditur sceleribus.* Subit enim ammos timor, ne fraudibus humanis vindicandis dimini iuris aliquid immixtum

violetur. Hæc ille. Sed iam alia quædam Papalis  
 Famulatus testimonia ex conculcata Regum no-  
 strorum maiestate proferenda sunt, quo facilius  
 intelligatur, quæ admiranda non sit in hoc Pa-  
 pa Sixto tanta illa vetustate corroborata audacia,  
 cùm sereniss. regem Nauarræ & Illustriss. Prin-  
 cipem Condæum hoc verborum honore affice-  
 re est ausus, vt eos I R A E F I L I O S appellaret:  
 Superbientis Luciferi ministros: Hæretum & He-  
 reticorum patronos: in luto ac cœno perolu-  
 tatos: seditionorum capita, Duces, & propugna-  
 tores hæreticorum, exterorum acerrimos fauto-  
 res: concitatores armorum contra suum Regem,  
 & aduersus ipsum, & omnes Catholicos: Reli-  
 giosorum hominum trucidatores: Condæum au-  
 tem separatim hæreticis parentibus genitum, pa-  
 tris sui impiissimi Ecclesiæ Catholicæ persecu-  
 toris vestigiis insistentem: bellorum ciuilium, &  
 seditionum auctorem, omne feritatis & fœni-  
 tiæ genus exercenter. Vtrumque autem pro-  
 lem detestabilem, ac degenerem: læsa maiestatis  
 diuinæ reos: Orthodoxæ fidei Christianæ ho-  
 stes. Malam verò tibi pestem, Antichriste sa-  
 cerrime, qui hæc incesto ore contra tales ac tan-  
 tos Principes eructare, & istuc acerbitalis tuæ  
 virus euomere ausus es. Sed quid miremur, vt  
 iam dixi, tantam Papæ in hos duos Principes  
 sereniss. insolentiam? cùm etiam in potentif-  
 simum quondam Galliæ Regem Philippum  
 Pulchrum nihilo maiore audacia sit usus? Nam  
 anno C I I CC XCVI. Bonifacius octauus tanta  
 fuisse

fuisse superbia narratur, vt eum imperio ac potestati suæ subiectum esse contenderet, non tātum in spiritualibus, verūm etiam in temporibus. Tantūmne? Imò verò schismaticum, & hæreticum illum pronuntiauit, dirisque omnibus deuotum excommunicauit. At Rex impensis magnanimus, huic tantæ illius audaciæ cedendum sibi non putauit: imò verò, vt fortē Principeim decuit, eam ferociam atque amentiā contruit, ac contudit. Nam & de nefarijs ipsius sceleribus cognitionem iudiciūmque instituit, & vbi manifestis eum testimonij conuictum esse comperit, tūm illum Romæ comprehendēdum, & in carcerem compingendum curauit: qua in custodia, ( vt Baldi & Platinæ verba usurpemus ) qui tanquam Leo regnarat, tanquam canis interiit: cuius historiæ præter Platinam auctores sunt plerique Gallicorū Annaliū scriptores: Huiusmodi quondam fuit Regum nostrorum magnanimitas in aspernanda & reprehenda Paparum impudentia. Nam ecquis tota Gallia vel nobilis, vel plebeius, vel cum imperio, magistratu, potestate, vel etiam priuatus, bene erga Regiam maiestatem animatus existimabitur, cui non ista tanta Romani tyranni superbia stomachum moueat? Et miramur, Sixtū nostrum ista Sathanæ disciplina institutum, ista ferociæ vetustate corroboratum ausum esse in hac sua DECLARATIONE pronuntiare, se Hēricum Navarræ Regem, & Henricum Condaum Principem, eorūmque omnes posteros, regno, principa-

tibus, Ducatibus, dominis, ciuitatibus, & locis fere  
disque priuare : itemque dignitatibus, honoribus, &  
officiis etiam Regis : Hæc enim illius verba sunt.  
Item eosdem incapaces declarare, & inhabiles ad  
succedendum in quibusunque ducatibus, principa-  
tibus, dominis, & regnis, ac specialiter in regno Fran-  
ciae. Quæ, malum! ista Tragica & Thyestea execra-  
tio est, & furiosa Antichristi, ac monachi impu-  
dentis superbia? Cuius vnquam molossi, aut  
Cerberilatratus rabiosior auditus est?

Sed non magis opere admiranda, vt dixi, hæc  
Papæ aduersus Regem Nauarum audacia est,  
cum tam effrenatus eiusdem furor in potentissimum Galliæ Regem extiterit. Quare alia po-  
tiùs paris eiusdémque superbiæ testimonia au-  
diamus : neque enim maledictis cum Sathanæ  
certare, humanum est : satisque fuerit illam Mi-  
chaelis Angeli imprecationem usurpare, *Incre-  
pet te Dominus.* Iud. i. cap. 9. Ergo vt ad institu-  
tum redeamus, ne illud quidem eiusdem Papa-  
lis famulatus testimonium prætereundum est,  
quod de eodem Bonifacio memoriae est prodi-  
tum, qui anno c. 1000 magno populorum  
concursu ad urbem Romam propter Iubilæum  
facto, primo solenni die, Pontificalibus infulis  
ornatus, sese multitudini spectandum præbuit:  
postero vero die Imperatorio paludamento in-  
signis, nudatum ante se gladium deferri iussit,  
magna voce clamitans : Ego sum Pontifex, &  
imperator, terrestreque ac cœleste imperium  
habeo. paucisque post diebus Albertum Impe-  
ratorem

ratorem à Germanis electoribus creatum, & cō  
 firmationem ab ipso postulante in superbè re-  
 pudiauit, negans electionem sine sua auctorita-  
 te factam, ratam haberi oportere: quippe, cū  
 solus utriusque gladij potestatem haberet. Ali-  
 quam multis pōit diebus ea conditione illum  
 confirmauit, vt quām primum Regi Galliae bel-  
 lum inferret, cuius ei regnum in prædam &  
 victoriæ prämium condonabat. Quarum re-  
 rum testes sunt Cuspinianus in vita Alberti, Pa-  
 ralip. Vrspergens. & Gallicorum Annalium scri-  
 ptores. Sed quid hæc leuia & minuta persequi-  
 mur? Superius demonstratum est, Papam Rom.  
 totius Occidentis Imperium sibi ex Imperato-  
 ris Constantini donatione vindicare. Nuda hęc  
 verba sunt. Quare rem ipsam videamus. Neg-  
 mus enim ullum esse in Occidente Regē, Gal-  
 lam dico, Hispanum, Aragonicum, Portugalli-  
 cum, Hungaricum, Bohemicū, Anglicū, Scotticū,  
 Danicum, Succicum, Ruscianicum, Croaticum,  
 Dalmaticum, quem non Papatus Rom. suum  
 sibi vassallum & feudarium asciscat: quasi qui  
 ab ipso Regnū suum feudi ac beneficij loco ac-  
 ceperit, eo que nomine fidelitatem, aque homi-  
 nium ei præstare debeat. Magnum est quod di-  
 cimus, ac dictu propè incredibile. sed prola-  
 tis instrumentis, adhibitisq; testimoniis veritas  
 illustrabitur. Nam regna singula literarum or-  
 dine persequemur. DE ANGLICO. August.  
 Steuchus Papæ Bibliothecarius in lib. de donat.  
 Constant. 2. pag. 138. testatur, in illa Papæ biblio-

theca extare Registrū Papæ Alexandri tertij, in quo hæc ad Guilielmum Anglorum Regem Epistola reperitur. Nam ut ex illo Steuchi Bibliothecarij libro intelligitur, singulorum Paparū acta omnia singulis quibusque registris attributis consignata sunt: quibus quemadmodum fides habenda sit, regula iuris ostendit, qua dicitur, Priuatæ scripturæ fidem haberi, sed aduersus ipsum scriptorem tantum. Ergo Alexan- dri epistola hæc fuit. Non uit prudentia tua An- glorum Regnum, ex quo nomen Christi ibi glorifi- catum est, sub Apostolorum principis manu & tute- la exitisse. Nam ut bene nosti, Angli fideles erat & pie deuotionis respectu ac cognitione Religionis, annalem pensionem Apostolica sedi exhibebant: ex qua, pars Romano Pontifici, pars Ecclesia S. Ma- riae, que vocatur schola Anglorum, in vsum frarum deferebatur. Hæc ex Steuchō. sed præter Steuchū alius locis hæc testimonia reperio. Flav. Blon- dus lib. 6. Decad. 2. Tunc, inquit, Ioannes Anglorū Rex vires suas Regi Francorum impares fore ve- ritus, ad Innocentij tertii Pontificis Rom. misericor- diam configuit. nam Angliam, Hyberniāmque Ro- manæ Ecclesia feudatarias ex fœdere constituens, centum auri marcas pro utraque insula quotannis soluere est pollicitus. Anton. Florent. Histor. part. 3. tit. 19. §. quinto. Anno 1223. Ioannes Rex An- glorum sponte de consilio suorum Principium obtu- lit ac libere concessit Deo & Apostolis eius san- ctissimis, Petro & Paulo, & S. Romane Ecclesia & D. Papa Innocentio 3. rotum Anglia Regnum & Hybernia.

*Hybernia pariter; cum omnibus iuribus & pertinentiis suis: & fecit ac iurauit homagium pro dictis Regnis, dicto Innocentio Papa, ut illa de cetero, ut feudatarius, ab ipso Papa & successoribus eius teneret. Quod idem Polydorus Virgilius lib. 15. com memorat. Hoc Papæ instrumento, si fides priuatæ, vt dixi, scripturæ habenda est, regnum Angliae Papæ feudatariū est. Age, reliqua videam⁹.*

**D E R E G N O A R R A G O N I A E.** Steuchus eodē lib. pag. 193. Petrus Rex Arragonia anno tertio Domini Innocentij tertii Papa venit Romam ad eundem Innocentium, ab eoque militiam solenniter, ac honorifice accepit: obtulitque sponte totum regnum B. Petro, & sacrosanctæ Rom. Ecclesie: ibique accepit in feudum, prædictum regnum. Itemque pro regno Sardinia, certam pecunia summam constituit se daturum.

**D E R E G N O C R O A T I A E E T D A L M A T I A E.** Steuchus eodē libro, pag. 191. in regno Gregorij VII. ita legitur. In nomine Dom. S. & indiuidue Trinitatis, anno Dominica incarnationis millesimo septuagesimo sexto: inductione quarta decima mēsis Octobr. Ego Demetrius, qui & Suinum nuncupor, Dei gratia Croatiae Dalmatiaeque Dux a te D. Gebizo, ex Apostolica sedis legatione, Domini Papa Gregorij potestatem obtinente, in Salontana Basilica S. Petri, synodali & concordi totius cleri & populi electione, & Croatiorum Dalmaticorumque regni regimine per vexillum, ensim, sceptrum, & coronam inuestitus atq; constitutus Rex, tibi denoueo & polliceor me incommutabiliter compleeturum omnia, quæ mibi tua reverenda iniunges sanctitas, ut

in omnibus & per omnia Apostolica sedifidem ser-  
 uem, & quicquid in hoc regno tam Apostolica sedes,  
 quam legati sui sanxerunt vel sanxerint, irrenoca-  
 bilitate custodiam: Iustitiam excolam, Ecclesiam de-  
 fendam, ducentorum quoque Bizantiorum tribu-  
 tum, meorum omnium consilium, primatum, S. Pe-  
 tro per singulos annos in resurrectione Domini, de  
 mibi concessio regno persoluendo statuo. Præterea scum  
 Deo seruire regnare sit, vice B. Petri ac domini nostri  
 Papa Gregorij, atque post se successorum in Aposto-  
 licasede me tuis manibus committo, & cõmitendo,  
 hanc fidelitatem iuramento stabilio: Ego, inquam, De-  
 metrius, qui & Suinumir, Deigratia & Apostolica  
 sedis dono, Rex ab hac die in antea S. Petro & do-  
 mino meo Papa Gregorio & suis successoribus cano-  
 nice intrantibus, ero fidelis. Regnū autē quod mihi per  
 manum tuam, domine Gebitz d, traditur, fideliter reti-  
 nebo, & illum suūmque ius Apostolica sedi aliquo in-  
 genio aliquando non subtraham: Dominum meum  
 Papam Gregorium, & suos successores atque legatos,  
 si in meam potestatem venerint, honorificè suscipiam,  
 & honestè tractabo, & remittam, & undequaque me  
 inuitauerint, prout potero simpliciter eis seruiam. Hęc  
 Steuchus. Ex quib<sup>o</sup> cognolci licet, quā scitos &  
 literatos scribas habere Papæ soleant, q̄ non mo-  
 dō Francisci & Dominici res gestas & admiranda  
 facinora literis mādare possint, verū ctiā inuesti-  
 tutarū feudaliū instrumenta & brevia testata cō-  
 scribere. DE REGNO DANICO. Steuchus eodē li-  
 bro 2. pap. 189. Regnū Danorū, inquit, est peculiū  
 & vētigal sacrosanctæ Rom. Ecclesia: quod eadem  
 Pontificum

Pontificum vera monumenta testantur. Alexander  
Episcopus S.S.D. dilecto filio Sueci, Regi Danorum  
salut. & Apostolic. benedict. Prudentiam tuam mo-  
nemus, ut censum regni tui, quem antecessores tui san-  
cta Apostolice Ecclesie per soluere soliti sunt, nobis &  
successoribus nostris transmittere studeas: ita tamen ut  
non sicut oblatio super altare ponatur, sed tam nobis,  
quam successoribus nostris, ut certius approbetur, pre-  
sentia littera offeratur. DE REGNO FRANCIAE.  
Extrat apud Nicolaum Gillium Gall. Annal. scri-  
ptorem, insignis Papæ Bonifacij VIII. epistola,  
quam subscribemus. Bonifacius seruus seruorum Dei  
Philippo Francorum Regi: Deum time, & mandata e-  
ius obserua. Scire te volumus, quod in spiritualibus &  
TEMPORALIBVS nobis libes: Beneficiorum atq;  
præbendarum ad te collatio nulla spectat: & si aliqua-  
rum vacantium custodiam habeas, usumfructum e-  
orum successoribus reserua: & si quas contulisti, colla-  
tionem haberi irritam deternimus. aliud credentes  
Fatuos reputamus. Datum Laterani, III. Non. De-  
cemb. Pontificatus nostri anno sexto. Hoc Papæ Bo-  
nifacij instrumentum est à Bibliothecariis, sine  
dubio in ipsius registro ex consuetudine recon-  
ditum: sed audiamus quid pars aduersaria respō-  
deat. Nam ex Regis responso quantum fidei at  
que auctoritatis istis registris tribui oporteat,  
cognoscemus. Philippus Dei gratia Francorum  
Rex, Bonifacio se gerenti pro summo Pontifice, salu-  
tem misericordiam, siue nullam. Sciat tua maxima FA-  
TVITAS in temporalibus nos alicui non subesse. Ali-  
quarum Ecclesiæ & præbendarum vacantium

collationem ad nos iure Regio pertinere, & percipere  
 fructus earum contra omnes possessores, utiliter nos  
 tueri. scimus autem credentes, fatuos reputamus atque  
 demetes. Hæc ex Chroni. Brit. Armori. libr. 4. cap.  
 14. Nicol. Gillio in Chroni. Gallic. ex quibus fa-  
 cilis coniectura est, ut maximè concedamus fu-  
 riales illas literas superiores à Papis ad Reges  
 missas fuisse, tamē eos acriter ac vehementer il-  
 lorum audaciam ac temeritatem compressisse.  
 Ettamen idem Steuchus, Papæ, vt diximus, Bi-  
 bliothecarius illo suo registro fretus, in eod. suo  
 libro, pag. 198. ita scribere est ausus: & Lugduni  
 edendum curare. Bonifacius VII. contra Philippū  
 Gallorum regem, quod contra Ecclesiam sese extolle-  
 ret, cum ei Pontifex vetera monumenta explicasset,  
 quibus doceret, quod Romana Ecclesia & in sacris,  
 ET IN PROFANIS Gallia subfisset, quo necesse esset  
 Pontificem VTI DOMINVM REGNI VI eum  
 venerari, & colere, cum ille despiceret, eum excom-  
 municauit. DE GERMANICO IMPERIO. Apud  
 eundem Steuchum de hoc imperio summum si-  
 lentium, propter sumimam (vt credi par est) Im-  
 peratoris Caroli V. potentiam, quem offendere  
 Steuchus metuebat. sed aliunde permulta testi-  
 monia suppetunt. Primum apud Canonistas in  
 c. tibi domino, distin. 63. vbi Imperatoris Otho-  
 nis iufiurandum continetur, Papæ præstatum,  
 quod Papa Clemens contendit esse iufiurandum  
 fidelitatis, quod vassalli feudo accepto, suis pa-  
 tronis præstant in c. de iureiurā. in Clem. Vnde  
 Canonistæ fortissimè disputant, ac ratiocinātur,

Imp era-

Imperatorem esse Papæ vassallum, & imperium ab eodem feudi nomine teneri; sed & Papa Innocentius II I. in c. venerabilem, extra, de elect. scribit, ius eligendi Imperatoris ad Principes Germaniæ ab Apostolica sede peruenisse. & c. 2. de re iudic. in vj. Imperatorem posse à Papa deponi: & in c. i. Extr. Ne sed. vacan. Papam vacante imperio Imperatorem esse. Atque hinc illa Papæ Innocentij II. nata confidentia est, ut Romæ in Lateranensi Basilica Lotharium Imperatorem pingeret, quasi vassallum ad pedes ipsius prostratum, & Imperij coronam ab eo accipiente: atque hos illi picturæ versus adscriberet:

*Rex venit ante fines, iurans prius urbis honores.  
Post homo fit Papa: sumit, quo dante, coronam.*

Cuius rei memoria extat in Chronic. Hirsaug. in vit. Abbatis Hartuinci, & apud Radeuic. lib. I. num. 9. & 10. Et cum ea die Imperator Fridericus eū Adriani Papæ legatis expostulasset, Radenicus sic eos respondisse scribit, *A quo ergo habet, si à Domino Papa non habet imperium?* Quinetiam extat apud Ioannem Auentinum lib. 6. pagina 636. Adriani Papæ Epistola ad Archiepiscopos Trevirensim, Moguntinum, & Coloniensem his verbis: *Romanum imperium à Gracis translatum est ad Alemannos: ut Rex Theutonicorum non antequam ab Apostolo coronaretur, Imperator vocaretur. Ante consecrationem, Rex: post, Imperator. Unde igitur habet imperium nisi à nobis? Ex electione principum suorum habet nomen Regis &c.*

consecratione nostra habet nomen Imperatoris & Augusti, & Cæsaris. Ergo per nos imperat: Roma nostra sedes est: Imperatoris est Aquis, in Arduennu, quæ est sylva Gallie. Imperator, quod habet, totum habet à nobis. Sicut Zacharias transstulit imperium à Græcis ad Thentonicos, ita nos possumus ab Ale- mannis transferre ad Græcos. Ecce in potestate nostra est, ut demus illud cui volumus: propterea constitutus à Deo super gentes & regna, ut destruamus, & euel- lamus, edificemus, & plantemus. Hæc Papa de Germanico imperio: satis, ut videtur, confiden- ter: cùm illum Aquisgranum, & in sylvam Ar- duennam, quasi pastorem ac bœbulcum quen- dam, relegat. Ecquæ erit ex illustribus inuitissimi Imperatoris consiliariis, qui tam immanem atque importunam illius Tyranni vocem ferre possit? Sed alia audiamus. DE REGNO HISPA- NIC O. Steuchus eod.lib.2.pag.133. Gregorius VII. inquit, scribens Regibus ac Principibus Hispanie, ita dicit, Vos scitis, quod antiquitus Regnum His- panie est Romane Ecclesiæ. Et paulò pôst, ex re- gistro epistolarum eiusdem Papæ, quod in sua bibliotheca religiosè asseruari affirmat, hanc epistolam profert. Gregorius Episcopus seruus ser- uorum Dei, Regibus, Comitibus, caterisque Principi- bus Hispanie salutem. Notum fieri vobis volu- mus, regnum Hispanie, ex antiquis constitutioni- bus B. Petro & S. Romanae Ecclesiæ in ius & pro- prietatem traditum esse, & quæ sequuntur. DE RE- GNO HVNGARIAE testimonium eiusdem ge- neris extat apud eundem Bibliothecarium pag.

186. Gregorius Episcopus S.S. D. dilecto filio Salomo  
ni, Regi Hungariae salutem. Sicut à maioribus patriæ  
tue cognoscere potes, regnum Hungaria sacrosancta  
Romana Ecclesia proprium est, a rege Stephano olim  
B. Petro, cum omni iure ac potestate sua, oblatum, &  
deuote traditum. Et mox. Idem Gregorius ad Genesum  
Hungariae Regem: Notum tibi esse credimus, Regnum  
Hungaria, sicut & alia nobilissima Regna, in pro-  
pria libertatis statu debere esse, & nulli Regi alte-  
rius Regni subiici, nisi Sancte & uniuersali matri,  
Ecclesia Romanae. DE REGNO POLONICO.  
Albertus Krantz in Wandal. lib. 8. capit. 2. Lak-  
oldus hac tempestate dux erat Cracoviae, & qui per  
omnem Poloniam facile principaretur, hic à Iohanne  
Pontifice Romano suscepit coronam: quod Ludo-  
nicum (quia eum exsecrabatur & excommunicabat  
Papa) non duceret legitimum Imperatorem. iam e-  
nim Pontifices in eam venerant maiestatem (quam  
Principes seculares dicunt Presumptionem) ut Re-  
ges crearent: citantes verbum primi post Christum  
Pontificis: Ecce, inquit Petrus, duo gladij hic. Contra  
quod principes ipsi verbum aeterni Pontificis, Mitte  
gladium tuum in vaginam, de gladio carnali huma-  
no & seculari interpretantur: quasi non liceat summo  
Pontifici in eo pugnare. Lakoldus autem à Pontifi-  
ce Rex nominatus & consecratus omne regnum fecit  
B. Petro tributarium, ut per singula quotannis capi-  
ta solueretur nummus unus: qui appellatur. S. Petri.  
DE REGNO RYSCIAE. Steuchus eodem lib. pag.  
109. Regnum item Ryscia iuris ac distinctionis est  
Romana Ecclesia, quod eadem prisca monumenta præ-

se ferunt. Gregorius VII. Regi & Regine Russie  
scribens: Dilectis, inquit, filiis Demetrio Regi Ru-  
scorum: & regina uxori eius salutem, & Apostolicam  
benedictionem. Filius vester, limina Apostolorum  
visitans ad nos venit, & quod regnum illud dono  
Sancti Petri per manus nostras vellet obtinere, ei-  
dem beato Petro Apostolo, debita fidelitate exhibi-  
ta deuotis precibus postulauit: indubitanter asserens,  
illam suam petitionem nostro consensu ratam fore,  
ac stabilem, si Apostolica auctoritatis gratia ac mu-  
nimine donaretur. cuius petitionibus assensum pre-  
buimus: & regni nostri gubernacula ex parte B.  
Petri illi tradidimus, ea videlicet intentione chari-  
tatis, ut B. Petrus vos & Regnum vestrum sua  
apud Deum intercessione defendat. De Regno  
Siciliae. Papa Clemens V. in clem. pastoralis,  
de sentent. & re iudic. Rursus non est silentio relin-  
quendum, quod ipse Rex Sicilia noster & Ecclesia  
Romana ratione regni predicti notoriè subditus, ho-  
moque ligius, & vassallus in eodem regno continuum  
habet domicilium. DE REGNO SCOTICO. Po-  
lydorus Virgil. lib. 17. ita scribit: Bonifacius in-  
tere a Pontifice à Scotorum precibus fatigatus, interdi-  
xit Eduardo Regi, ne amplius post hac Scotos bello ve-  
xaret: quod id regnum antea in Romani Pontificis fi-  
dem & potestatem à Scotorum ipsis permisum fuisset. Et  
ideo assuerabat sibi soli integrum esse cuicunque libe-  
ret, dare aut auferre. Hactenus regna Christiano-  
rum Regum omnia enumerauimus, quæ Papa  
feudi ac beneficij ab se accepti loco teneri ac  
possideri

possideri contendit. Ex quibus singulis atque universis diiudicandum cordatis viris relinquis, utrumne haec modesti Ecclesiæ pastoris militas esse videatur, tantopere à Christo commendata, an potius immanis atque intolerandi Cyclopis confidentia. simul ab iisdem cogitari copimus, an non tanta ista Paparum superbiloquentia ex eodem spiritu profecta sit, unde illa Tyranni Neronis oratio à Seneca libro de Clementia primo posteritati tradita. *Ego ex omnibus mortalibus placui, electusque sum, qui in terris deorum vice fungerer. Ego vita necisque gentibus arbiter. Qualem quisque sortem statimque habeat, in manu mea positum est. Quid cuique mortaliū fortuna datum velit, meo ore pronuntiat. Ex nostro responsō leticie causas populi, urbēsque concipiunt. Nulla pars usquam, nisi volente proprieoque me, floret. haec tot millia gladiatorum, quae potestas mea comprimit, ad nutum meum stringentur. Quas nationes funditus excindi, quas transportari, quibus libertatem dari, quibus eripi, quos reges mancipia fieri, quorūque capiti regium circundari decus oporteat, quae ruant urbes, quae orientur, mea iurisdictio est.*

## CRIMEN PERDVELLIONIS.

**S**equitur quartum crimen, cuius Papam Romanum iampridem à maxima Christianitatis parte non modò accusatum, verum etiam conuictum & condemnatum esse diximus. Nos

Perduellionatum illud appellamus, hoc est sa-  
ctiones hostili animo ad euentum omnium  
Rerum publicarum statum, quæ in orbe Chri-  
stiano sunt, comparatas. Sed quoniam Galliæ  
nostræ causa potissimum hæc à nobis instituta  
disputatio est, in præsentia satis futurum vide-  
tur, si ex ea sola, atque adeò ex recenti factio-  
num illarum memoria, huius criminis testimo-  
nia proferamus. Annus iam abiit tertius & vice-  
simus, ex quo Gallia nostra continuis propè  
bellis civilibus miserandum in modum vexat-  
tur. Bellis dico? Imo verò lanienis, & cruentis ac  
furialibus carnificinis. Qui corum, quos illa bel-  
la sustulerunt numerum diligentius inierunt, nō  
minus reperiunt duodecies centenias Gallorum  
indigenarum millibus. Ecquis est in Gallicis  
Parlementis, vel Præses, vel Senator, qui ex ani-  
mi sui sententia deierare audeat, Papam Roma-  
num non tantis malis Alastorem, non præci-  
puam tantorum incendiorum facem extitisse?  
non assidae Cardinales aut Episcopos, & alios  
ex suo comitatu emissarios ad aulam Gallicam  
missiassæ, qui Regum animos tanquam mali  
genij, ad hæc funesta, & internecina bella, ad  
carnificinas, ad vastitatem terræ Galliæ inferen-  
dam inflammarent? cùm interea quasi lanista  
sanguinarius, commissis inter se gladiatoribus,  
cruentos istos ludos ex sua Santangeli mole  
spectaret: aut, tanquam alter Nero, incensam ab  
se vibem, è sua turri despiceret: suosque o-  
culos

Nota.

culos istis funestis spectaculis pasceret, crudelèque animum exsaturare cuperet? Quod si quæ patrum memoria in hoc regno contigerunt recordari volumus, primum hoc reperiemus: Ludouicum XII. (at, quem Regem? qui Patris patriæ nomen summo bonorum omnium consensu adeptus est) urbes aliquot Italiæ, bello captas, Papæ Iulij secundi ditioni adiunxisse. Papam intermissis aliquot mensibus haac Regi pro accepto beneficio gratiam retulisse; ut non modò eum schismaticum & hæreticum pronuntiaret, proscriberet, diris suis excommunicationum fulminibus infectaretur: verum etiam Gallos omnes hostilem in modum cruciandos, interficiendosque curaret: præmium etiam percussoribus polliceretur, peccatorum omnium veniam, & impunitatem, si quis velutnicum Gallo quoquo modo trucidarer. Quid est Perduelle esse, aut verò perduelles omni scelere & crudelitate superare, si hoc non est? Sed operæ pretium est, aliquanto planius totam illam tragœdiam exponere. Erat is Papa ingenio truculento, atque ita diro, immani, turbulentio, ut ne sei quidem latrocinijs sociis, Episcopis & Cardinalibus Romanis ferendus, Regibus verò & Principibus planè intolerandos videbatur. Itaque summo omnium consensu, Concilium in urbem Italiam, Pisas inditum fuit, ut communis consilio impendentibus ab ipso Ecclesia Christianæ malis obviām iretur. Quam prudenter autem, & legitimè, ac solenniter Concilium il-

Iud conuocatum fuerit, patet ex Philippi Decij Jurisconsulti per ea tempora celeberrimi Consilio c. li. quod Mediolani aduersus illum Papam & scripsit, & edidit. Eum conuentum fribundus Papa confessim bello & armis deturbauit. Quapropter Regis nostri auctoritate Mediolanum primū, tūm deinde Lugdunum translatū est, vbi re cogita, & deliberata, Iulius à suo Papatu suspensus fuit: hoc est ad tempus Papatus administratione circumscriptus. Quo nuntio Iulius accepto, tanto dolore atque iracundia exarsit, vt non modò Gallis omnibus aqua & igne interdiceret, verum etiam obuium quemque mactari, trucidari que imperaret: præmiis etiam, vt dixi, sicarios ac percussores inuitaret. Quam ipsius insaniam, ac potius rabiem, quoniam Gulielmus Budæus, Parisiensis, vir non minus patriæ amans, quam doctus & literatus, in suis de Aſſe libris acriter atque animosè persecutus est, commodissimum videtur, totam illā cordati viri ac ciuis boni querimoniam non modò Parlamentorum nostrorum Senatoribus, verum etiam omnibus omnium generum atque ordinum hominibus legendam propone: præsertim cum historici ad vnum omnes in eadem querela exponenda mirificè cum coſentiant. Nam is est Iulius secundus, de quo & Arnaldus Ferronus, vir imprimis doctus, & Galliæ nostræ historicus, & Burdegalensis quondam Parlamenti Senator, itemque alij complures memoriarum prodiderunt: quod cum exercitu compa-

comparato Roma in Galliam, infesto in Regem nostrum animo, contenderebat, suaque armatas copias ipse loricatus ex urbe per Tiberis pontem educeret, multis hominum milibus audientibus hec pronuntiauit: Quando nobis claves Petri nihil prosunt, age, gladium Pauli distringamus: simul claves, quas secum attulerat, in Tiberim proiecit gladiumque vagina eduxit. qua de re notum illud vetus carmen est:

*In Gallum, ut fama est, bellum gesturus acerbum*

*Armatam educit Julius urbe manum.*

*Accinctus gladio, claves in Tiberidis annem*

*Proicit, & saus talia verba facit:*

*Cum Petri nihil efficiant ad prælia claves,*

*Auxilio Pauli, forsitan, ensis erit.*

Sed iam ad Budæi querimoniam accedamus: quem in libro de Asse quinto his luculentis expavit verbis: Cleri magister sanguinarius, effratis timoris diuini repagulis, feras nationes in Domini populum immittebat, & Gallorum partes, eorumque fautores diris execrationibus denouens, scelere plusquam Tragico rotum penè orbem religione solutum in deuotos concitabat. An eius temporis in mentem non venit, cum Diuus Petrus Paulusque & eorum sequaces, Ecclesiae Architecti, non armrum splendentium fiducia inferti ad prælia grappa bantur, sed cruento, sed innocentia freti, cetera inermes, ad castra Christi tuenda in tumultu flagrantissime charitatis classico ciebantur? Nunc inania tantum ipsi nomina tanto intervallo facti, etsi eorum demum maiestate apud populos sacros sancti sacerdo-

tum ordines primarij fastus suos obumbrant. Oduram portentosamque recordiam sacrosancte potestatis! Quis enim unquam tantum animo concepit nefas, ut S A C E R D O T U M C U L M E N, ut clericimágister, ut sacrorum summus opifex manus inauguratrices, ab altaris operatu adhuc calentes, in familiam Domini armare sustineret! ut animo plusquam gladiatorio grassaretur ad Christiani nominis culmen, nempe Regem Christianissimum mundo stupente delendum! & nunc mysticum illum ensim cæsim punctimque irato, ut credimus, proposito vibraret: nunc à Marte sanguinariam frameam mutuaretur, & consternatos diris execrationibus, quæ fortasse in eum ipsa verterunt, ad internectionem quoque conniteretur? En quos pedes, quas manus lubens exosculere, unde vel os cruentum, atque pollutum reserres. Miserum vero te tum, I V L I , atque intemperiis actum, qui usque adeò ira cæcæ indulgendum putaris, rute, ut transuersus, vesana ammiti cætitate rapere? & nec te, nec decorum maiestatis beatissimæ præ odio respicere, sed ordinem amplissimum, sed senatum illum purpuratum, precipua veneratione insignem, sed Libani gloriam tecum rapiens inuitum bona ex parte, & missitatem arcis Ecclesia ruina nos obruere, tèque adeò ipsum cuperes? orbem etiam penè totum immutares fulmibus ciendis, intorquendisque collabefactum, ut nos odio & inuidia flagrantes, igneque deinde ardentes toruis istis oculis inspiceres, nec iam recusares, quin in Regem nostrum flammandem voti compos infilares? Proh superimmortales! tantumne de summo san-

ctuary

Et uarij vertice licuit male suada noxe, vel aëstro vin-  
 dictæ plus quam Aireia percitum, per fas agere, ne-  
 fasque præcipitem? ut vel corpus animumque in bu-  
 sto inimicorum properaret ire perditum. Non fuit  
 ira efferatissima satis, retrò nos in fines fulmine per-  
 terre factos egisse, Italiæ perdite nobis adamata pos-  
 sessione cedentes cum fremitu gemituque, nisi de aris  
 insuper & focis dimicare, extremaque deinde exem-  
 platimere coegisset? Cum interim sub ipso lanista san-  
 guinario totus propemodum hic orbis nobiscum pa-  
 riter digladiaretur animo infestissimo. Vbi nam  
 erat igitur ille zelus domini, quæ est ira iusta lese aut  
 immunitate vindictæ diuinæ maiestatis? hoc enim de-  
 dum signifero in aciem prodire sacris cohortibus fas  
 est, si quando prodire fas est. Num tandem igitur  
 ex illa arce charitatis aut fidei facello auxilia prom-  
 pserat, & signa cruciata? Ecquid igitur eum pude-  
 bat SERVVM SERVORVM Dei se vocare, cum  
 Franciam, Christianorum decus semper, & Pontifi-  
 cum adem, religionisque asylum bustis ipse Gallicis  
 insignire gestiret? Cum sacerdos septuagenarius,  
 Christi, pacis conditoris & parentis, legatus Bellonæ  
 sacris operaretur: cui cum generis humani luculento  
 dispendio litare contendebat. Idq; tūm, cum profanū  
 vulgus ad delubra pacis & concordiae miserabiliter  
 supplicationes inibat. Enim uero visendum spe-  
 ttaculum. Patrem non modò sanctissimum, sed etiam  
 senio & canitié spectabilem, quasi ad tumultum Gal-  
 licum Bellonæ fama suos euocatos crientem: non tra-  
 bea, non augustis insignibus venerandum, non Pon-  
 tificis gestamibus sacro sanctum, sed paludamento

et cultu barbarico conspicuum, sed furiali, ut ita dicam, confidentia succinatum, fulminibus illis bruis et inanibus lucidum, eminente in truci vulnu cultaque spirituum atrocitate. Profecto nos vidimus in paucis annis multa, quae prorsus maiora fide posteris videbuntur. Hoc turbine, hac procella luxata Ecclesiastica auctoritatis ac discipline compage, quoniam modo fides recta, nisi clavis trabalibus & aternis fixa, sacrisque monumentis semel affirmata constabilitaque fuisse? Hactenus Budæus, vir, ut antè dixi, patriæ amans, & omni laude dignus. qui etsi nondum planè cognorat, quantum inter Christum & Antichritum interesset, tamen patriæ charitate impulsus non potuit, non illam Papæ crudelitatem ac barbaram immanitatem literis ad sempiternam Papatus ignominiam commendare: ut omnis posteritas intelligeret, quam hostili ac perduelli animo Alastores nostri in Gallia, Budæi ætate, grassati essent. Age: alterum perduellionatus testimonium audiamus. Nemo ignorat, partem Galliæ regni propè dimidiad per annos amplius trecentos ab Anglorum regibus quondam occupatam fuisse. Eam regionem cum Rex Galliæ Philippus (cui posteriorius Augusti cognomen fuit) bello recuperare conaretur, dici non potest, quam superbè ac ferociter Papa Innocentius III. ei sit aduersatus. Neminem paulò humaniorem esse arbitramur, qui nesciat, Romanorum quondam hanc artem ad subigendas gentes exteris fuisse, ut si quam inter

inter vicinos aut Reges aut populos contentio-  
nem exortam animaduertissent, eam studiosè a-  
lerent, partique alteri amicitiam ac societatem  
honorificentissimis senatus consultis deferrent:  
simil ei auxillum aduersus alterum polliceren-  
tur. His artibus altera superata & subacta parte,  
postea breui tempore intericto, perfacile alte-  
rius opprimendæ occasionem reperiebant. No-  
ster *populus*, (ait M. Tullius in lib. de Rep.) *sociis*  
*defendendis terrarum iam omnium potius est.*  
Hanc cædem maiorum suorum, hoc est (vt  
Ioannes monachus, Canonista nobilis, inter-  
pretatur) prædotum ac latronum viam ac vesti-  
gia secuti Papæ, vt primū aliquid inter vici-  
nos Reges aut Principes discordiæ subortum es-  
se cognouerant, eam per emissarios quosdam  
Cardinales augere atque alere incipiebant: si  
mul pactiones cum alterutro facere, vt si sua o-  
péra regno aduersarij potiri possent, tūm sedem  
Romanam tanti beneficij auctorem agnosce-  
rent: eique de nouo adepto regno fidem, homi-  
num, ac proinde tributum annum præstarent.  
Hac pactione & coniuratione facta, illico Prin-  
ceps aduersarius à Papa schismaticus & hereti-  
cus pronuntiabatur: Regnumq; ipsius primo oc-  
cupanti adiudicabatur. quibus artibus dici non  
potest, quot incendia Papæ in omnibus Chri-  
stiani orbis partibus quadringentis hisce annis  
excitarint: quam multos sibi suæque stercora-  
riæ sedi Reges ac Principes, vassallos, feudata-  
rios, stipendiarios redegerint. Qua de re quia

Paulò antè copiosè dictum est, satis erit de duobus illis Galliæ & Angliæ Regibus exponere. Exorta igitur inter illos contentionē, Papa Innocentius III. primū ex suo consistorio duos legatos in Galliam misit, qui & Regem execrationum minis terrent, & regni populares aduersus ipsum Regem concitarent, & arcana cum Episcopis Gallis ceterisque sacerdotibus consilia & conuentus inirent. Tùm deinde Imperatorem Othonem III. itenque Ferdinandum Flandriæ comitem aliosque complures exteros Principes ad arma contra Regem Gallorum ita celeriter, atque acriter concitauit, vt nisi forti magnóque animo Papæ illius minas & bruta fulgura contempsisset, non tantùm illas regni sui regiones, verùm etiam breui tempore reliquas omnes amisisset. Cuius rei memoria extat, non modò in Gallicis nostris Annalibus, verumetiam apud Canonistas in c. nouit, 13, extr. de iudic. Nam illa Decretalis sempiternū erit Papalis erga Reges ac Patriam nostrā odij, ac perduellis animi, monumentum. Ex his igitur & aliis quæ superiùs demonstrauimus, perspicuum omnibus esse arbitramur, quantum auctoritatis huic Papæ Sixti DECLARATIONI tribui ab ordinib⁹ & Regni Galliæ consiliariis oporteat: quem apertissimis testimoniois docuimus, multis atrocissimis criminib⁹ à maxima Christianitatis parte non modò accusatum, verùm etiam conuictum, & condemnatum fuisse. Quod si qui fortè sint, qui disputent, quemadmodum

admodum ex eo, quod duæ partes è tribus Europæ partibus, Papam exauktorarunt, nulla ei auctoritas à reliqua parte tertia tribuenda est: ita cùm duæ partes è tribus Galliæ partibus suam illi auctoritatem conseruatam velint, æquum esse, ut suum ei ius in Gallia conseruetur: duplex nobis in promptu responsio est. Prior, quoniam ex illo Gallorum numero qui Paparum partibus student, omnes Cardinales, Archiepiscopi, Episcopi, Sacerdotes, monachorum phalanges innumerabiles, & clerici, cæterique generis eiusdem scarabei, Papæ beneficiarij, canes denique omnes, qui Papæ tribunal lambunt, primo loco eximendi sunt: propter regulam iuris, qua dicimus, Quo in negotio res alicuius agitur, (quoniam ipsius aliqua ex parte interest) eam in eo negotio testem idoneum non esse. s. sed neque. Init. de testam. ordi. l. null. 1. s., 10. D. de testib. l. omnibus, 9. C. eod. l. j. s. in propria, D. quand. appell. sit. Secunda est, quod illis omnibus è numero exemptis non exigua pars ceterorum qui inueteratam in Gallia religionis consuetudinem sequuntur, non iudicio & sponte id faciunt, sed terrore & minis compulsi: vt nihilo magis inter Papatus clientes numerandi sint, quam (vt Iurisconsulti dicunt) testes aut tutores vi & metu in aliquo negotio retenti, inter idoneos testes & auctores numerantur, de quibus eleganter Vlpianus scribit, eos qui inuiti negotio & actui alicui præsentes adfunt, non magis adesse videri, quam si somno

vel morbo comitali occupati in eo loco fuissent. l. i. §. vltim. D. de tutel. l. qui testamenta, 20, §. vltim. D. qui testamen. fac. l. nouissimè, 7. §. l. quod fals. tutor. auctor. l. 2. D. de iudic. Denique constat inter omnes, si par Gallis hominibus utriusque colende exercendæque religionis libertas daretur, vix quartam populium regni partem in sedis Romanæ religione permansuram. Quo loco iuuat nos vetus illud Bartholi commemorare, qui in præfat. Digestum. 14. vbi de donatione Constantini disputans, & aliorum Doctorum sententias enumerarās, cūm ad suam vētum est, ita loquitur: *Videte, nos sumus in terris ecclesiæ.* (nam Bononiæ docebat) & ideo dico quod illa donatio valuit. Vbi tamen multa contra illam donationem non obscurè subiungit. Ac pari modo cūm Canonistæ disputarent non licere Imperatori quenquam perduellionis crimine damnare, qui pontificiam factionem sequeretur, Bartholus de Imp. Henrici sententia, qua Robertum Siciliæ regem perduellionis damnarat, & contraria Papæ Clementis V. sententia, qua eundem Robertum absolverat, commemorans: Papæ quidem se aduersari non audere ostendit. Imperatoris autem sententiam probare non dissimulat: Canonistis Bartholo iccirco vehementer indignantibus: qui de Papa & Cæsare versum illum usurpat, papam suum Iouem appellantes:

*Diuinum imperium cum Ioue Cæsar habet.  
Quinetiam eodem loco bartholus disputat, tan-*

tum abfuisse , vt Robertus Papæ vassallus esset, quemadmodum Papa cōtra Imperatorem contendebat: vt testetur, mortuo Roberto Aloysium ipsius heredem Imperatori fidelitatem Siciliæ nomine iurasse, in ciuitate Pisarum, se præsente. Qua de re videnda Henrici constitutio Ad reprimendam, Qui dicant rebell. & contra tria Papæ constitutio , illam abrogans , & contumeliosè rescindens, In Clement. Pastoralis , de Iudic.

Quòd si de Perduellionatu Paparum Ecclesiastico dicendum aliquid videtur , non alienum erit proferre testimoniu Senatoris quòdam Parisiensis celeberrimi, nomine Cosmæ Guymerij: qui in præfatione Pragmaticæ sanctionis Bitrigæ auctore Rege Carolo vii. conscriptæ nonnulla com memorat magnopere ad cognoscendā Alastorū Romanorū insaniam pertinentia, Circa annum Domini, inquit, CIC CCCXXC. mortuo Gregorio XI. Cardinales debentes procedere ad electionem successoris , fuerunt à Romanis comminati, quòd occiderentur, si non eligerent Italicum aliquem. Elegerunt ergo Archiepiscopum Barensim , qui tunc erat Romæ, exprimentes ei , quòd eum eligebant ad vitandum periculum, seu fingebant eligere : sed postea data opportunitate alium eligere liberè intendebant. Electo igitur illo , qui Urbanus VI. dictus est, ille dixit , quòd si volebant eum eligere , quòd eum eligarent, quia intendebat Papa esse. Illi tamen Cardinales post aliquid tempus recesserunt ab eo , et fugientes ad ciuitatem Fundensem, elegerunt alium, qui

dictus est Clemens VI. qui transtulit curiam suam  
 in Auenionem, illumque venerata est pro Papa Frā-  
 cia, Hispania, Catalonia. Alteri vero scilicet Urban-  
 no, adhæsit obediens Italia, Alemania, & Hunga-  
 ria, & durauit hoc pessimum schisma ultra XXX. an-  
 nos. Durante hoc schismate, post Urbanum successit  
 ex illa parte Bonifacius IX. Bonifacio successit Inno-  
 centius VI. Innocentio Gregorius XII. Ex alia parte  
 Clementi successit Benedictus XIII. qui dicebatur Pe-  
 trus de Luna, sub quibus fuit facti in concilium Pisis:  
 anno CIC 10CCX. in quo, ipsis depositis, fuit electus A-  
 lexander, qui dicebatur Petrus de Candia, cui suc-  
 cessit Iohannes XXIII. propter quod generatione suis  
 aliud schisma. Tandem concilio congregato Constan-  
 tia, per Imperatorem Sigismundum, consentientibus  
 dictis Ioanne XXIII. & Gregorio XII. & Cardinalibus  
 D. Benedicti ibidem accendentibus, ibidem cessit Gre-  
 gorius XII. & alijs duo depositi fuerunt propter contu-  
 maciam, & ad sedandum schisma. Hec Guimerius.  
 Nunc alterum eiusdem testimonium audiamus  
 ex eodem libro, folio 5. col. 2. Martinus, inquit,  
 fuit electus in Papam per concilium Constantiense,  
 depositis alijs contendentibus, qui dum schisma habue-  
 runt. Et concilium iussit congregari in Basilea, cui  
 morte praeuentus non interfuit. ibidem tamen misit  
 Julianum, tunc legatum suum, tituli Sancti angeli,  
 anno XIV. sui Pontificatus Calend. Februar. pro ce-  
 lebratione concilij & ei successit Eugenius IV. qui li-  
 cet approbasset concilium Basiliense, & Basileam  
 misisset dictum legatum pridie Calend. May,  
 Pontificatus sui anno primo, ac etiam dissolucionem  
 dicti

dicti concilij per ipsum attentatam anno CCCCCC-  
XXXIII. & sui Pontificatus anno tercio renocasset  
in publica sua cessione, Romæ celebrata apud S. Pe-  
trum XVII. Calend. Ianuar. eodem anno, & per suas  
bullas patentes promisisset de cetero dicto concilio  
obedire confitendo ipsum concilium semper fuisse ve-  
re continuatum. noluit tamen postea decreta concilij  
Constantiensis seruare, nec obediere concilio Basiliensi,  
afferens magis è contrà debere fieri, & illud  
irerato dissoluit, & transstulit Ferrariam, propter re-  
ductionem Græcorum, & inde Florentiam, propter  
superuenientem ibi pestem. unde orta est grandis al-  
terratio scribentium de hac materia. nam una pars  
dicebat Papam esse supra concilium: alia, concilium  
esse supra Papam. Propterea à concilio Basiliensi fuit  
ciatus, pridie Calè Augusti, anno CCCCCCCCXXX-  
VII. suspensus ab administratione Papatus XI. Ca-  
lend. Februar. anno CCCCCCCCXXXIX. & etiam  
depositus VIII. Calend. Iulij, anno CCCCCCCCXXXIX.  
in locum cuius fuit electus à concilio Basiliensi Ame-  
deus, Dux Sabaudiæ postea dictus Felix V. sed non  
durauit Eugenius propter quod fuit schisma, quod  
durauit annis nouem, & usque ad mortem Eugenij,  
cuius in locum fuit electus in urbe Nicolaus V. cui  
cessit Fœlix, in favorem unionis Ecclesiæ. Papa Pius  
II. antè dictus Eneas Sylvius, qui interfuit concilio  
Basiliensi fecit tractarum pro autoritate concilij Ba-  
silensis: sed factus Papa cum retractauit. Hæc Gui-  
merius Parisiensis, ut diximus, quondam Senator: quò attentiùs huius ætatis Senatores intel-  
ligant, quanta ambitione, contentione, infania

Romani Alastores Perduellionatum in Ecclesia exercuerint, & quam furenter inter se baccinati sint, quot incendia in omnibus Europæ partibus, ut ambitioni suæ seruirent, passim excitarit. Quinetiam quam antiqua & inuterata hæc sit illorum insanìa, cognosci licet ex historia Ammiani Marcel. Christianæ religionis expertis, lib. xxvii. cuius hæc verba sunt: *Damasus & Ursicinus supra humanū modum ad rapiendam Episcopalem sedem ardentes, scissi studijs asperrimè confluctabantur ad usque mortis vulnerum que discrimina, adiumentis utriusque progressis: qua nec corrigere sufficiens Viuentius urbis præfetus, nec mollire, vi in magna coactus successit in suburbanum, & in concertatione superauerat Damasus, parte qua ei fauebat instantे. Constatque in Basilica Seruini, ubi ritus Christiani est conuenticulum, uno die centum triginta septem reperta cadavera peremptorū effera- tāque diu plebem agrè postea delimitam.* Neque ego abnuo, ostentationem rerum considerans Urbanarum, huīus rei cupidos ob impetrandum quod appetunt, omni contentione laterum iurgari debere: cum id adepti, futuri sint ita securi, ut distentur oblationibus matronarum, procedantque vehiculis insidentes circunspelle vestiti, epulas curantes profusas, adeo ut eorum conuinia regales superent mensas, qui esse poterant. Beati reuera, si magnitudine urbis despecta, quam vitijs opponunt, ad imitationem Antifitum querundā Provincialium viiserent: quos tenuit as edendi portandique parcissimè, vilitas etiam indumentorum & supercilia humum spectantia, perpetuo numini veris- que

que eius cultoribus, ut puros cōmendāt & verecūdos.  
Hæc Ammianus: ex quibus perspicuum est, quā  
vetus hæc fuerit paparum Romanorum ambi-  
tio, ac libido dominandi, feritate & crudelitate  
coniuncta. Sed vt vetera omittamus, & ad ea  
quæ nos nostrāmque Galliam propriūs attingūt,  
veniamus: ecquis est ex tanto Regiorum Sena-  
torum numero, qui nesciat, quot bella pape  
Romani inter Christianos principes his quin-  
quaginta annis potentia suæ vel tuēdæ, vel am-  
plificandæ caussa in Europa excitarint? primum  
fuit Heluericum, quo pacatissimas ciuitates, nec  
tam fœderis arctissimi necessitudine, quām cha-  
ritate mutua, communisque patriæ conseruan-  
dæ studio coniunctas crudelissimè inter se com-  
miserunt. Secutum est bellum Germanicū, inde  
Anglic. & Stotic. quod etiam nunc iidem Ala-  
stores per emissarios suos Iesuastros, certissimos  
orbis Christiani incendiarios renouare conan-  
tur. Quid de nostris Gallicis ciuilibus & funestis  
bellis dicemus? Nam primū omnium pape  
Romani à Francisco primo efflagitarunt, vt si  
qui reformatam religionem amplecterentur,  
viui, præfecta lingua, subiectis ignibus, crema-  
rentur. Extant inter regias constitutiones Gal-  
licas, edita illius Regis, edita anno C I O  
XXXIV. itēmque anno XL. & rursus anno  
XLII. quorum auctoritate Senatores parlamen-  
torū tantūm Christiani sanguinis profuderūt,  
& tamen tanta cum martyrum pietate & con-  
stantia, vt vix apud posteros fidem habitura vi-

detur. Quid hęc Alastorib. illis crudelitas profuerit, operę pretium est ex eius testimonio cognoscere, quo nemo locupletior hoc in genere produci testis potest. Is est Rex Henricus secundus, horum recentiorum Regū pater, Princeps, (vt plerique meminisse possunt) belli domique clarissimus. Extat enim eius edictū mense Iunio anni CIC 1511 Castro brianti scriptum: cuius hęc verba sunt: *Videre antehac omnibus licuit, quanto studio, quantaque contentione parens noster (quem Deus absoluat) Rex Franciscus, ut pote princeps Christianissimus & maximè catholicus, per universum vite sua tempus conatus sit heresēs, et falsas doctrinas, quae in suo regno contra nostram sanctam fidem & religionem catholicam pullulabant, extirpare: & quam multas leges & constitutiones idem Rex eodem animo & consilio promulgarit: prout varietas & necessitas temporum ferebat.* Verumtamen illud tantum studium tantaque contentio non magnopere profuit. Nam ille morbus ita per nobilissimas quasi regni nostri ciuitates peruersit, ut omnium generum, atque ordinum familias, quasi contagio quadam infecerit. Hęc ille in edicto, cuius sex & quadraginta sunt articuli, omnes ad cohibendum illius religionis cursum, accerrimè & severissimè conscripti. Quinetiam aliquantò post, id est, anno CIC 1517 aliud eiusdem Regis edictum promulgatum est, quo nominatim multis verbis profitetur, palamque denuntiat, se nullum in illa opprimenda religione laborem, nullum studium, nullam diligentiam pretermisisse. Tātum ne?

ne? inò vero, inquit, quanto studiosius ac laboriosius  
in eam curam incubuimus, tanto magis magis que do-  
ctrina illa inualuit. De studio certe & conatu,  
vel ex eo fieri coniectura potest, quod inter om-  
nes constat, magnum omnis generis hominum  
numerū illo misero & acerbo supplicij genere  
interiisse. Successit illis Regibus, aucto nempe, &  
patri, Rex Franciscus secundus: eius edicta vide-  
re licet numero sex, acerrima & vehementissi-  
ma, preter innumera diplomata & patentes lite-  
ras, quas assiduè per singulas Regni sui prouincias  
missitabat, tanto animi ardore ac stomacho,  
ut homines amplius trecenti, vix trium mensū  
spatio, Parisiensis præsertim & Tholosani sena-  
tus decretis, cruciati, vstulati, cremati, (atque ut  
perscribi in Senatusconsultis solebat) in cineres  
redacti sint. Satiare fortasse hæc tanta profusi  
sanguinis copia vel immanissimos tyrannos po-  
tuit: quales antiquis temporibus fuisse memo-  
rantur Cyclops, Busiris, Siron, Phalaris, Python,  
Gyges. At Papam Romanum, quem verè gene-  
ris humani perduellem appellare possumus, ex-  
plere tanta crudelitas non potuit. Quid profe-  
cerit, audire est operæ pretium. Extat enim con-  
stitutio eiusdem Regis Francisci secundi, edita  
Ambosiæ, mense Martio, anni 1519 LIX. his  
verbis, quæ perattentè legi à consiliariis Regiis  
optamus, mome itoque suo ponderari. *Nos ut*  
*officio & functioni nostra Regiae satisfacremus coacti*  
*fiamus variis vii suppliciorum & pænorum generi-  
bus, prout rerum status & tempora postulabant. Sed*

ex causarum criminalium instrumentis cognitum  
 & patefactum est ingentem numerum virorum, mu-  
 lierum, et atum, generum, & ordinum omnium inter-  
 fuisse illicitis & clandestinis concionibus, cœnis, b. p-  
 tisimis, per eos administratis, quibus id facere non li-  
 cebat. Quod si de unoquoque illorum supplicium su-  
 mereetur, prout iuris & Legum nostrarum rigor po-  
 stulat, admirabilem sanguinis effusionem fieri oport-  
 eret, virorum, mulierum, virginum, adolescentum  
 florescentis adhuc etatis, quorum alijs inducti & su-  
 bornati, alijs simplicitate quadam & ignorantia per-  
 suasi, alijs curiositate quadam potius quam malitia  
 illecli, in istiusmodi errores & incommoda inciderunt.  
 Quod si fieret, magno & perpetuo animi dolore affice-  
 remur: neque id vel natura nostra, vel etati satis con-  
 ueniret: quarum veraque nos ad clementiam & misericordiam  
 inuitat. Itaque notum omnibus esse volumus, cum  
 hac tota de re, mature à consiliariis nostris coram no-  
 bis deliberatum fuisset, non esse nobis in animo pri-  
 mum regni nostri annum memorabilem posteritatis  
 relinquere, tanquam cruentum, sanguinarium, & ca-  
 dibus miserorum nostrorum ciuium plenum: etiam si  
 hoc maximè meriti fuissent: in modo ad exemplum Patris  
 celestis statuimus parcere sanguini nostrorum popu-  
 larium, & subiectos nostros ad viam salutis redu-  
 cere, eorumque vitam conservare: sperantes per Dei  
 misericordia fore, ut per viam mansuetudinis & cle-  
 mентiae plus, quam per suppliciorum rigorē proficiamus.  
 Itaque de supradictorū nostrorum consiliariorum  
 sententia dicimus, statuimus, ordinamus, ne posthac  
 propter

Propter causam criminum præteriorum fidem & religionem concernentium, per iudices nostros molestia exhibeatur nostris subditis, cuiuscunque sint generis & cōditionis, neque in iudicio neque extra iudicium. Declaramus insuper nos talium criminum, fidem & religionem concernentium, gratiam, remissionem, & abolitionem generalem omnibus nostris subditis condonasse. Et paulò infra. Ex auctoritate regis qui huic consilio præfuit: & de sententia dominorum Cardinalium de Bourbon, de Lorraine, de Chastillon, les ducs de Montpensier, de Guise, de Niueois, & d'Aumale. Hactenus Rex Franciscus secundus: perspicue, vt appareat, declarans ac testificans, superiorum temporum cruciatus & supplicia nihil omnino ad hanc extinguidam religionem valuisse. Quid tūm Alastores, ac perduelles humani generis, Papæ Romani? quid egerunt? Vbi senserunt aliquot eiusdem regni proceres, aliquot præterea regij sanguinis Principes religionem illam degustasse, & Bernardo nicas ac Dominicanas fraudes atque imposturas repudiassse, vbi præuiderunt fore, vt Gallia pa latim ac pedetentim è papatus seruitute fese in Christianam libertatem vindicaret, vbi denique tam opimam prædam è suis fauibus eruptum iri senserunt, tūm verò nouas bellorum ciuilium faces passim per vniuersam Galliam immittere cœperunt. deinde cùm ne hac quidem illis via succederet, furiales carnificinas, & lanienas cum sempererna Gallici nominis ignominia instituerunt: ad extremum, vbi ne hoc quidem modo

profici quicquam posse animaduerterunt, exortus est monachus Bernardonicus, Sextus noster quintus, qui meretricia & monachali impudenteria fatus, Serenissimos principes nostros proscriberet, potentissimumque Galliae regem iuberet, ut eos vi, armis, castris insectaretur, miserumque suum regnum denuo cedibus, rapinis, incendiis compleret. Sed de furiali Alastorum Romanorum perdullionatu satis iam videtur dictum.

## CRIMEN FALSI.

**R**estat, ut de crimine quo in postremum locum reiecamus, quam brevissime fieri poterit, differamus: nempe Falsi, siue subiectarum aut corruptarum tabularum. Cum autem huius sceleris permulta nobis vnde cunque testimonia suppetent, tum praecipue ex pontificali decreto Gratiani, quod huius generis corruptelis & falsitatibus redundat. Ex quibus paucas quasdam, quasi exempli loco, delibabimus, atque imprimis instrumentum illud donationis Constantini, quo Papa donatam sibi ab illo Imperatore urbem Romam, itemque Italiam, Siciliam, Sardiniam, Hispaniam, Germaniam, & Britanniam contendit, dist. 96.c. Constantinus & pleniū apud Bartholomaeum Picernum, & Augustinum Steuchum, qui instrumentum illud Romæ in Biblioteca Papæ, Graeca lingua, scriptum repertum esse affirmauerunt, Latinèque ab se conuersum ediderunt

ediderunt. Nam eius hæc summa est: Imperator Constantinus, Christianorum hostis, lepræ morbo affectus, in soñnis à Petro & Paulo apostolis admonitus, ut se Syluestro Papæ Romano purgandum traderet, confessim ab illo baptizatus atque sanatus, tanti beneficij remunerandi causa donauit eidem Sylvestro, ciuisque successoribus urbem Romam, totumque Occidentis imperium: simul coronam suam auream, & sceptrū, & reliqua imperatoria insignia, ut maiorem dignitatem Papa Romanus haberet, quam ipse Imperator. Simul imprecatur suis successoribus usque ad finem mundi, concremationem in inferno inferiori, cum Diabolo & impijs, nisi eam donationem ratam habeant, & obseruent. Datū Romæ 3. Kal. April. Constantino A. quater & Gallicano Coss. Hoc igitur instrumentum, quo solo Paparum dominatus sustinetur, falsum, fictum, ementitum, atque à Papa nescio quo, perinde ut librum Cōformatum subiectum fuisse, quamplurimis argumentis euincemus. quorum illud primum est. 1 Quod cùm tot extēt historici, qui res Constantini literis mandarunt, nullus tamen auctor locuples reperitur, qui tam immensæ, tam effusæ, ac tam inofficiosæ prodigalitatis mentionem faciat. in his Eusebius, qui libros quinque de ipsius vita conscripsit. Itē Socrates, Theodoritus, Euagrius, Rufinus, Eutropius, Paulus Diaconus, Orosius, Beda, Zonaras, Nicephorus: quos non est verisimile, si vera illa donatio fuisset, tantam rem, tanto silentio p̄r-

termisuros fuisse. Quinetiam Papæ ipsi Romani, qui sœpe multumque de sua potentia & amplitudine cum aliis Episcopis contendunt, tamen in suo iure persequendo, & instrumentorum suorum editione, nullum unquam de illo instrumento fecisse uerbum leguntur. I I. Quod complures Papalis dominatus patroni & defensores testificantur, totum illud caput ab antiquis Gratianici Decreti codicibus absesse: in his Antoninus Florent. Episcop. primæ partis historialis tit. 8. c. 1. & Volateranus ubi de Constantino commemorat. Caput illud, inquit Antoninus, non habetur in antiquis Decretis. Quid ergo & quantum Constantinus donauit, non est bene certum. Nicolaus autem Cusanus lib. de concor. Cathol. 3. Absque dubio, inquit, si non fuisset illud dictamen apocryphum, Gratianus in veteribus codicibus, & canonum collectionibus inuenisset. & quia non inuenit, non posuit. Quinetia Eneas, Sylvius (is qui postea Papatum adeptus, dictus est Papa Pius) in dialogo quodam, quem adhuc Cardinalis scripsit, aperte instrumentum istud falsitatis arguit: & stolidos Legistas appellat, qui tantopere sudarint in disputando an ea donatio valeat, quæ nūquam facta fuit. I I I. Quod Eusebius lib. de vita Constant. 4. memoriae prodidit, eū per exiguo ante obitum tempore hanc Imperij sui diuisionem inter suos filios fecisse, ut natu maximo Occidentem, secundò Orientem, tertio interiectam regionem assignaret. Sed & Socrat. hist. Ecclesiast. 3. c. vlt. Cum tres, inquit, filios haberet, singulos eorum Imperij sui participes

participes esse constituit. Primum quidem filium, *sui* nominis *Constantinum*, Occidentalium partium. Secundum, aui nomine, *Constantium*, in Oriente constituit. Iuniorem vero *Constantem* in media regione ordinauit. Item *Sext. Aurel. Victor.* *Ad tres*, inquit, orbis Romani dominatio redacta est, *Constantinum*, *Constantium*, & *Constantem* filios *Constantini*. Hi singuli has partes regendas habuerunt. Item *Zosimus lib. hist. pr. 2.* *Eius liberi*, inquit, *succeſſione* in Imperio naclii nationes inter ſe partiti ſunt. Et *Constantinus* quidem natu maximus cum minimo natu *Constante* omnia trans-alpes sita, & *Italiā*, & *Illyricum* fortitus eſt. Nunc posteriorum temporum historiā conſideremus. Nā vt inter ſomnes Chro-nographos cōſtat, non tantūm *Italiā*, verū metiā Roma vrbis imperium penes *Constantini* ſuc-cessores per annos centum & quadraginta per-mansit, uſque ad annum Christi cccc. quo tē-pore imperium illud Occidētis vexari cōptum a *Gottis*, *Francis*, *Alanis*, *Burgundis*, *Vādalīs*: ſem-per tamen in iure Imperatorum Romanorum mansit, uſque ad Imperatorem *Augustulū*, quē Odo *Gottorū* rex Italia expulit, vrbē Roma po-titus, anno cccclxxvi. quo tēpore Romanum Imperium in Occidente defecit, *Barbaris* & *Roma* & in Italia regnantibus. Nam regiū Romanorum nomen, penes *Odoacti* posteros ac ſuc-cessores per annos cccxxv. permanſit. Itaque videre licet quamplurimas apud *Cassiodorum* *Theodorici* regis literas, partim ad Senatum vr-bis *Romae*, partim ad populum Romanum re-

gio nomine atque auctoritate scriptas: vt nemini dubium esse possit, quin & Italia, & vrbs ipsa Roma sub Gottorum regum ditione, nō sub vilius Papæ dominatu permanserit: vsquedū Got-  
 tis ab Imperatore Constantinopolitano Italia exactis, præsides in illam prouinciam mitti cœ-  
 perunt, Exarchorum nomine: qui et si Rauennæ  
 domicilium habebat, tamen in Italia per annos  
 complures dominati sunt. Rursus Longobardi,  
 quorū regnū exortū est anno 10 LXVIII. vniuer-  
 sam Italiam, præter urbem Romā, per annos ccvi.  
 quæ omnia ex Procopij, Iornandis, Marcellini,  
 Pauli Diaconi, & aliorum scriptis intelliguntur:  
 vt perspicuū cuius esse possit, falsum esse, quod  
 Papæ cōtendunt, maiores suos vel in Italia, vel  
 in vībe Roma dominatum ex Constantini do-  
 natione obtinuisse: cūm is dominatus anno de-  
 mūm Christianæ salutis octingētesimo initium  
 habuerit, ex Pipini & Caroli magni liberalitate,  
 qui Exarchatum Lōgobardis erexit, vñā cum  
 vībe Roma Papæ Stephano secundo donatunt:  
 vt Platina, Volaterranus, & alij omnes testantur:  
 sed præsertim Sabellicus Ennead. 8. libr. 8. vbi  
 præter cæteros adscribit, Constatinum quartum  
 Oriētis Imp. legatos ad Pipinum in Italiam mi-  
 ssisse, qui ab eo peterent, vt Rauennam & cetera  
 Exarchatus loca suo Imperatori restituenda cu-  
 raret. quippe, quæ Imperij essent (sic loquitur Sa-  
 bellicus) non autem Pontificis. Neque se Pipinus  
 Cōstantino aut cuiquam hominum praterquam Ec-  
 clesiæ

clesie Romana militare, eoque consilio se arma induisse, ut Apostolicam sedem ab omnium mortalium iniuria vindicaret: utque Ravennam & quicquid Longobardis vi & armis subegissent, Romanae subijceret Ecclesiae. Ita Graeci oratores re infecta domum redierunt. Hec Sabellicus. Platina autem Exarchatum Astulpho Longobardo erectum, & Papæ Stephano traditum subiungit, anno DCLVI. simili que Imperatoris nomen Carolo magno Pipini filio tribuisse, quod Imperatores Orientis aegre per ea tempora tuebatur, hoc est, anno 1000. quia de re Albertus Krantzius in Saxon. lib. 2. c. 1. sic scribit: Tribuunt nonnulli Constantino Magno donationem illam Italiam & Germaniam, & nescio quarum prouinciarum Ecclesiae Romane factam: de quipsi viderint. Carolus erat, qui ex victoria Longobardorum Romanam Ecclesiam ditanuit, cum pridem aliquanta & Gottis per sua tempora, & deinde Longobardi reges nonnulla contulissent. i v. Quod Papæ ipsi inter se de hac donatione pugnatia loquuntur, & valde discrepatia. Nam cum hoc loco (id est in d.c. Constantinus. dist. 96.) regnum Romanum atque Italiam & Occidentis totius Constantino acceptum referant, & anno Christi cc c xxxix. tamen alio loco sui huius beneficij auctorem laudant Ludouicum Pium, Caroli magni filium, ex anno Christi 1000xxxv. Cuius mendacij ac falsitatis impudentia quo dilucidius appareat, bina huius posterioris donationis instrumenta, quæ Papæ & Canonistæ nobis ediderunt, inter se comparabimus. Nam Volan-

terranus libr. Georg. 3. sic loquitur. De pietate i-  
psiis Ludouici Pi in Romanos Pontifices multa  
Bibliothecarius resert, ciuitates quas eis dedit enu-  
meras. Ego quoque ex Antigrapho verusti libri, quod  
in Biblioteca Vaticana hodie continetur, ubi eius  
enarratur donatio, Apographum excerpte.

### INSTRUMENTI VO- laterrana editio.

Ego Ludouicus Imp. concedo tibi bea-  
to Petro Principe Apostolorum, & per  
te vicario tuo Domino Paschali summo  
Pontifici, successoribusque eius in perpe-  
tuum, ciuitatem Romanam, cum sua iur-  
isdictione, omnibusque circa terris, ciui-  
tabus, portibus, ac maritimis locis He-  
trurie: In ea denique mediterraneam  
urbem veterem Balneoregum, Viter-  
bium, Saonam, Populoniam, Rosellas,  
Perusium, Mathuranium, Sutrium, Ne-  
pe versus Campaniam, Ananiam, Si-  
gniam, Ferentinum, Alanum, Patri-  
cum, Fufinorum, cum omnibus circa op-  
pidis & viciis: nec non exarchatum Ra-  
uenne integrum, sicut per recordationem  
Carolus pater, & item Pipinus avus  
noster (notet Lector mirum de Con-  
stantino silentium) Beato Petro du-  
dum concessere. Videlicet Raueniam,  
Bonicum, Aemiliam, Forum populi, Fo-  
rum Iuli, Fauentiam, Imolam, Roma-  
niam, Ferrariam, Comadum, Adriam,  
Seruiam. In marchia Pisaurum, Fanum,  
Senogalliam, Anconam, Oximo, Nu-  
maniam, Esium, Forum Semproni, Fere-  
trum, Vrbinum, territorium V alnense,

### INSTRUMENTI ti Decretalis editio.

Ego Ludouicus Imp.  
Romanus Augustus  
statuo & coedo per hoc  
paetum confirmationis  
nostrae B. Petro principi  
Apostolorum, & per te  
vicario tuo Domino Pas-  
chali, summo Pontifici,  
& successoribus eius in  
perpetuum, scit a prede-  
cessoribus nostris usque  
nunc in uestra potestate  
& dissione tenuisti, &  
disposistis, Romanam ci-  
uitatem cu duvatu suo, &  
suburbanis, atque villi-  
culis omnibus, & terito-  
riis eius motanis, & ma-  
ritimis litoribus, & por-  
tibus, ceu cunctis ciuitati-  
bus, Castellis, oppidis, ac  
villis in Toscana parti-  
bus. Item quado diuina  
vocatione huius sacra-  
tissime sedis pontifex de-  
hoc seculo migrauerit,  
nullus ex regno mortalius

Callium, Luceolos, Eagubium, In Campania Sorum, Aquinum, Arpinum, Thranum, Capuan, patrimonia quoque ad nostram pertinentia ditionem, Beneventanum, Salernitanum, Calabrie inferioris ac superioris, ac Neapolitanum datum: insuper Spoletinum, Tuderotrum, Haruam, reliquaque eius dictio-  
nis: Insulas quoque inferi maris, Corsicam, Sardiniam, Siciliam, que omnia pie memoria Pipini aius, deinde Carolus Imperator genitor noster, per Athenium & Mainardum Abbates, ad hoc sponte missos, B. Petro eiisque successoribus scripto concederunt, nos item probamus atque concedimus. Præterea summi Pontificis deligendi Romano consilio potestatem esse voluntus, modò sine discordia fiat, ac post consecrationem legati ad nos successoresq; nostros Reges Francorum concilianda charitatis & amicitie causa mittantur: sicuti temporibus Dom. Caroli atavis, & Pipini aui, & postremo Caroli genitoris nostri mos fuit. Hanc igitur voluntatem nostram scripto ac iureverando firmamus, & per legatum S. R. E. Theodorum domino Paschali misimus, manuque propria me subscripsi. EGO LVDOVICVS. Subscripsere quoque tres filii eius, Episcopi decem, Abbates octo, Comites quindecim, Bibliothecarius, Mansio-  
narius, Ostiariusque unus. numerabatur annus ab incarnatione Domini DCCCXXV.

Francus, aut Langobardus de qualibet parte homo sub nostra potestate constitutus licetia habeat contra Romanos aut publicè aut priuatum conueniendi, aut electione facti, nullisq; in ciuitatibus aut territoriis ad ecclesiæ B. Petri Apostoli potestatem pertinetibus aliquod malum præterea facere presumat: sed licet Romanis cum omniveneratione & sine qualibet perturbatione honorificæ suo pontifici exhibere sepulturam: & eum quæ diuina inspiratio, & Beati Petri intercessione omnes Romani uno consilio atque una concordia, sine aliqua promissione, ad pontificatus ordinem elegi-  
rant, sine aliqua ambiguitate atque contradicitione more canonico consecrare: & dum consecratus fuerit, legati ad nos, vel ad nostros successores Reges Frâcoris dirigantur, qui inter nos & illi amicitiam charitate & pacem concilient.

Ex hac comparatione perspicuum est, quibus  
fraudibus, & quam malis artibus Papatus ad  
consequendum summum illum Italiæ domina-  
tum sit usus. Nam, ut verus Imp. Constantinus  
apud Iustinianum loquitur, *Scriptura diuersæ, &*  
*fidem sibi inuicem derogantes, nihil habere firmitatis*  
*possunt.* l. scripturæ, 14. c. de fid. instrum. quippe,  
cūm duæ orationes pugnantia continentes ve-  
ræ esse non possint. l. si is qui, 13. §. vtrum, D. de  
reb. dub. l. vbi pugnantia, 188. D. de reg. iur. Ita-  
que quoties plura eiusdem actus instrumenta  
conficiuntur, oportet ea inter se totidem verbis  
cōgruerē: tametsi error in aliqua notula sit toler-  
abilis. veluti si L. pro C. scripta sit l. Sépronius,  
47. D. de leg. 2. Sed aliud est error in nota nume-  
ri, aliud diuersitas in rebus ipsis, velut hoc loco,  
vbi in uno instrumento sola Romæ suburbana  
quædā nominatur, in altero, præter maximā Ita-  
liæ partē, etiam Sicilia, Sardinia, & Corcyra: quo  
casu quia diuersæ donationes sunt, diuersa in-  
strumenta requirebantur. l. sancimus, 34. §. si quis  
autem, C. de donat. l. quingenta, 12. D. de probat.  
Denique si Constantinus tanto ante Occiden-  
tis Imperiū Papatui donarat, ecquod iusnouum  
adipisci Papa ex hac noua Ludouici donatione  
potuit: cum, ut vulgo traditur, rei suæ acquisitio  
nulla sit. l. 4, C. de contrah. cmpt. V. Quod alio  
etiam loco Papæ pugnantia inter se de hac eadē  
donatione locuti sunt. Extat enim in eodē Gra-  
tiani decreto, 12. q. 1. c. futuram, Melchiadis Papæ  
testimonium, qui ante Syluestrum Papalem se-  
dem

dem obtinuit, vbi iam tūm, ante Sylvestri, inquā,  
Papatum huius donationis à Constantino etiā  
ante suum Papatum factæ mentionem his ver-  
bis facit, *Donaria immensa cōtulit, & fabricā tēpli*  
*prīma sēdis B. Petri instituit: adeo ut sedem Imperi-  
alem relinqueret, & B. Petro successorib[us]que suis*  
*profuturam concederer.* Nam si ante Melchiadis  
tempora Constantinus illam donationem fecit,  
quid argumenti habere hæc Sylvestri fabula po-  
terit, affirmantis & baptizatum à se Constanti-  
num, & se ab illo tanto imperio donatum fuisse?  
VI. Sed iam proprius ad ipsum donationis in-  
strumentum, & historici verba veniendum est.  
Nam cui verisimile videbitur, somnium diuini-  
tūs oblatum fuisse homini, non tantū ethnicō,  
& idolorum cultori, verūmetiam acertimo re-  
ligionis Christianæ insectatori?, aut si oblatum  
fuisse, quis credat Deū non id potius per angelū  
aliquem, ex vetere (vt scriptura testatur) ac per-  
petua consuetudine, quām per Apostolos mor-  
tuos, id facturum fuisse? denique temerarium  
est quicquam de somnijs, præter Scripturæ sacre  
auctoritatē credere. Quare dubium nemini esse  
debet, quin hoc instrumentum ex eadem offici-  
na prodierit, vnde alia eiusmodi innumerabilia  
Papatus commenta, figmenta, & mendacia nata  
sunt, quale illud est apud Antoninum, part. 3. tit.  
24. §. 3. Cum Dominicus esset Rōma, & in basilica S.  
Petri orationē suam pro conseruatione & dilatatione  
ordinis sui effunderet, facta manu Domini super eū,  
gloriosos principes Petrum & Paulum ad se vbi to-

venientes aspexit : quorum Petrus baculum, Paulus  
vero librū tradere videbatur: addebatque dicentes:  
Vade, prædicta : quoniam à Deo ad hoc ministerium  
electus es. Aut illud alterum Papæ Stephani se-  
cundi , apud Reginonen in Chronic. anni  
10 CCLIII, ubi Stephan⁹ Papa, cui Pipinus exar-  
chatum Italiae (ut paulò ante dicebamus) dona-  
uit , scribit se cum in monasterio S. Dionysij apud  
pagum Parisiacum (hæc illius verba sunt) subter  
capanis dormiret, vidisse ante altare D. Petrum, &  
magistrum Gentium Paulum, quos de illorum scarijs  
cognouit, B. Dionysium subtilem & longiorem: dixi-  
séque Dominum Petrum, Hic frater noster postulat  
sanitatem, & D. Paulū respōdisse , Modò sanabitur.  
& appropinquatē misisse manum suam ad pectus  
Domini Dionysij amicabiliter, & dixisse D. Petrum  
ad Do . Dionysium hilariter: Tua gratia est sanitas  
eius. Et statim Dom. Dionysium thuribulum incensi,  
& palmam in manu tenentem, presbytero & Diaconi  
dixisse prelibato Stephano Papæ, Pax tecum fra-  
ter: Noli timere: surge sanus. Et mox, inquit factus  
sum sanus: & volebam implere quod mihi præcepisti  
erat: & dicebant qui ibi aderant, quod dementabam.  
& cætera, quæ adeo stolidæ, atque insulsa sunt, ut  
Papa Stephanus illo commento risum captasse  
videatur. Sed laudandus Deus, quod tantam im-  
probitatem non nisi in homines stolidos inci-  
dere passus est. Quin ne illud quidem de visis  
in somnio Petro & Paulo apostolis prætermittendum  
est, quod in libro Cōformitatum legitur, fol. 51. B. Franciscus Romam pergens fuit à  
sanctis

sanctis apostolis Petro & Paulo dulciter amplexatus. ibidem Petrus & Paulus à Francisco rogati impetrarunt à Christo regulæ Minorum confirmationem. VII. Quod verisimile non est, Constantinum magnum illo lepræ morbo laborasse: quandoquidem neque Eusebius, qui vitam eius accurate quinque, ut dixi, libris complexus est, neque Zosimus, qui religionis odio Constantinum quibus potest cötumeliis exagittat, neque Paulus Diaconus, neque alias quisquam villam illius morbi mentionem facit: ut omittam Baptistæ Mantuani argumentum ex lib. de Patienti 1. cap. 30. vbi cum ex Plini lib. 21. cap. 1. docuisset, genus illud morbi iam pridem in Italia restinctum fuisse, sic infert: *Si ergo tempore Plini, qui sub Vespasiano floruit, erat iam restinctus hic morbus in Italia, verisimile non est, Constantinum eo laborasse, qui post longum tempus imperauit.* VIII. Quod etiam impium commentum illo loco subiicitur, & quod Christianorū autes animique respuunt, Constantinum, dum in lauacro à Papa baptizabatur, vidisse manum Dei de cælo in suū corpus demissam, quæ illum lepra purgauit. *In sinu lauaci positus, inquit, manum tangentem me à cælo proprijs oculis aspexi, sub qua mundatum me à lepra cognoui.* Nam quis non videt figmentum hoc eiusdem esse generis, cuius illa sunt, quæ passim in libro Conformatum Franciscanarū, aut in vita Dominici leguntur? IX. Quod neque verisimile est tam inconsultum Sylvestrum Papam & Diaconos ipsius fuisse, vi Constantino

Christianorum, ac præsertim Ecclesiæ Romanæ hosti infestissimo tām repente, post suum illis narratum somium, baptismum conferre vellēt: ac non prius ei Christianæ religionis mysteria, Catechumenorum instituto, tradicerent. Quinetiam Zosimus Cristianæ, ut dixi, religionis inimicus narrat, eum ab Hispano quodam eam Religionem edictum, didicisse, quanta vis illius esset in delendis hominum peccatis: ac tūm demūm hariolos & flamines ceterosque Romanorum superstitionum sacerdotes ab aula sua remouisse. X. Quod summi auctores atq; historici testantur, Constantinum non nisi paulo ante mortem, & anno demūm ætatis LXV. baptizatum fuisse, neque id Romę, vel à Syluestro Papa, qui quinque prope ante annis vita excesserat, sed Nicomedię, ab Eusebio Nicomediēsi, magna Episcoporum frequentia. Hęc Euseb. in libr. de vit. 4. Hieronym. in Chron. Rufinus lib. I. cap. II. Socrates lib. I, cap. 39. Theodor. lib. I. cap. 31. Ambrosius lib. de obitu Theodos. Neque enim Nicephoro fides habenda est, qui libro 7. cap. 35. cùm Romę illum baptizatum scribit, simul adiungit, se Romanam Ecclesiam in ea re auctorem sequi. Præsertim cùm Vincentius lib. histor. 24. non dubitarit scribere, secundum S. Hieronymum, Constantinum vxorem Faustum, & filium Crispum crudeliter occidisse, & in extremo vitae ab Eusebio Nicomediæ Episcopo baptizatum fuisse. XI. Quod nec verisimile est, si Constantinus calido puerorum infantium sanguine

guine suum morbum curare instituisset, vel eum  
voluisse pueros illos palam à Capitolij sacerdo-  
tibus iugulari, vel tanta sanguinis copia opus  
fuisse, ut eo cisterna tota impleretur. XII. Nihi-  
l omagis credibile est, Constantinum tandem  
Christianam religionem oppugnasse, quin ali-  
quid de Petro & Paulo, celeberrimis Christi  
Apostolis, auditione accepisset: neque adeo re-  
rum Christianarum imperitum fuisse, ut som-  
no illo excitatus ex Sylvestro quereret, quinam  
essent illi Dij, qui Petrus & Paulus appellabantur.  
nam ut nihil omnino præter diuinā visionē  
didicisset, tamen non est verisimile Petrum &  
Paulum ei se pro diis venditasse. XIII. Quod im-  
pium fuisse, beneficium recuperatæ valetu-  
dinis referre potius acceptum Apostolo Petro,  
Dei internuntio, quam ipsi Deo, à quo Petrus  
ad eum missus fuerat. Deinde soli Petro, potius,  
quam coniunctim Petro & Paulo. His enim ver-  
bis vtitur, *Et beneficentij ipsius Petri sanitatem*  
*corporis redeuntem integerrimè sensi.* XIV. Absur-  
dius est etiam quod subiicitur, Constantinum,  
qui quinque liberos habebat, tamen de sententia  
*omnum Satraparum suorum* (quod verbum in le-  
gibus & monumētis Impp. Romanorum plane  
nouum, insolens, atque inusitatum est) & uni-  
uersi senatus & optimatum, & cuncti populi, qui  
Romano imperio subiacebat, dimidiā imperij sui  
partem pauperculo sacerdoti donasse: cūm inter  
omnes constet, senatum Rom. non illo tantum  
tempore, verū etiam usque ad Valenti-

niani imperium Gentiles suas superstitiones re-  
tinuisse: quod vel ex Symmachi epistola intelli-  
gitur, ad Imp. Valentini. Theodos. & Arcadium  
cripta, lib. 10. Epistol. 54. ubi senatus Romani no-  
mine, ab illis petit, ut superstitione & idolorum cultus  
in urbe Roma restituatur: cui B. Ambrosius dua-  
bus Epistolis ad eundem Imp. Valentinianum  
scriptis, Aurelius autem Prudentius & piis e-  
legantissimis versibus responderet. XV. aequo  
absurdum est, & Christiano Episcopo planè in-  
dignum, quod subiicitur, Constantinum non  
tantum parem Imperiali sue potestatem Sylue-  
stro Papæ tribuere, verum etiam maiorem pote-  
statis principatum, quam nostra, inquit, Serenitas  
Regia ab omnibus habere dignoscitur. & mox:  
Tradentes ipsi potestatem & gloria dignitatem,  
vigorem & efficaciam, & honorificentiam Imperia-  
lem. Qua de re ac Paparum ambitione operæ-  
premium est Bernardi abbatis Clareuallenlis iu-  
dicium audire, scriptum Eugenio Papæ lib. de  
consider. 2. Disce, inquit, exemplo prophetarum,  
presidere non tam ad imperandum, quam ad fa-  
cilitandum quod tempus requirit. Disce sarculo ti-  
bi opus esse, non sceptro, ut opus facias prophete.  
Item, Esto, ut alia quæcumque ratione hec tibi vin-  
dices, sed non apostolico iure. Nec tibi Petrus dare  
potuit quod non habuit, quod habuit, hoc dedit, solli-  
citudinem super Ecclesias. Nunquid dominatio-  
nem audi ipsum. Non dominantes, inquit, in clero,  
sed forma facti gregis. Et ne dictum sola humilitate  
putes, non etiam veritate, vox domini est in Evan-  
gelio:

gilio; Reges gentium dominantur eorum, vos autem non sic. Planum est, Apostolis interdicitur dominatus. I ergo tu: & tibi usurpare aude aut dominans Apostolatum, aut Apostolicus dominatum. plane ab utroque prohiberis. si virunque simul habere voles, perdes utrumque. XV I. Nihilo tolerabilius est quod subiicit, se Papæ Romano tribuere principatum super quatuor præcipuas sedes, Antiochiæ, Alexandriæ, Constantinopolis, & Hierosolymorum. In quo non modo manifesta, verum etiam ridicula falsitas deprehenditur. Primum quia ne Constantinopolis quidem adhuc villa extabat: quippe, quæ anno demum Imperij Constantini decimo ædificari cœpta est, ut testatur Nicephorus lib. 8. cap. 4. & ciues plerique omnes idolorum cultui per id tempus erant dediti. Tantum abest, ut villa ibi vel Ecclesia, vel Ecclesiæ metropolis, aut prerogativa fuerit. XV II. Minus etiam ferri potest, quod subiicitur, Papam Romanum constitui super omnes in uniuerso terrarum orbē Ecclesiæ. Mitto enim quod alio loco demonstrauimus, verissimam & certissimam hanc esse Antichristi notam, cum sibi quis principatum in omnes Ecclesiæ arrogat. Sed insignis hoc loco Paparum amentia perspicitur, quam etiam alio loco perstrinximus, cum ex hoc instrumento contendant se principatum illum ex Constantini beneficio habuisse, quem tamen aliis locis innumeris gloriantur se immediate ab ipso Christo accepisse. nam, ut inter omnes constat, quod suum cuius-

que est, id pluribus ex caussis cius esse non potest, quandoquidem dominium non ex pluribus caussis, sed vna tantum contingit. l. 3. §. ex pluribus, D. de acq. poss. XIX. Ridiculum autem illud est, quod Constantiū inducunt hæc de se prædicantem, *In ædificando Romano templo duodecim se terra cophinos suis propriis humeris extulisse, æquales, inquit, numero XII Apostolis.* Nam cum toties vni Petro plus honoris tribuat, quam coniunctim reliquis XI omnibus, nunquid proportionis ratio postulabat, ut plures in illius vnius honorem terræ cophinos exportaret, quam in omniū reliquorum? XIX. Neque verò minus ridiculum est, quod subiungit, *se pro continuatione luminarium, quæ in illo templo ardebant, non modo possessiones & agros contulisse, verum etiam in Oriente, Occidente, Septentrionali & Meridionali climate, in Iudea videlicet, Asia, Thracia, Grecia, Africa, Italia & in diversis insulis suam illi libertatem, id est, ius ac potestatem concessisse: ut per manus Beatis. patris Sylvestri, & omnium eius successorum disponantur.* Haec Papa totideni verbis & syllabis. Ex quibus intelligi potest, mirificam fuisse ceterorum ac luminarium illorum caritatem: quibus tuendis cum vniuersi terratum orbis, tum speciatim quatuor ipsius partium vectigalia & annuos prouentus attribui oportuit. Neque verò id solum: sed quia Quæstorum fides interdum in hoc genere suspecta est, Constantiū statuisse mortuo, ut illorum prouentuum administratio ac dispensatione

ac dispensatio ipsis Papis committatur. Ut non facile diiudicari posse videatur, vtrum maior Paparum impudentia fuerit, conantum nobis istas aniles fabulas tradere, an eorum hominum stupiditas, si qui vñquam adeò stolidæ atque animali fabulæ fidem habuerunt. XX. Aequè porrò ridiculum atque fabulosum est, quod sequitur, de decem muniperibus, quibus Papa se à Constantino donatum scribit. 1. palatio Lateranensi. 2. diademate aureo. 3. mitra. 4. collari Imperatorio. 5. purpurea chlamyde. 6. coccinea tunica. 7. indumentis Imperatoriis. 8. Pompa præcedentium equitum. 9. Imperiali sceptro. 10. cunctis signis, bannis & vexillis. Fuerit ergo Petrus Apostolus olim squalidus, obsoletus, sordida penula, piscatoris modo, amictus: nunc vicarius ipsius auratis vestibus, ornatus ac vestitu Regio insignis, equitum peditumque comitatu cinctus, agmine quadrato, pompa & apparatu magnifico, triumphans per orbem terrarum vagabitur. Quantiò vicarij principis Apostolorum, quam ipsius principis melior cōditio est? O summe Deus, quanta tua est clementia, mansuetudo, patientia, qui tandem propudium, ac prostibulum istud tam impunè Christo tuo illudere patetis? O miseri Reges ac Principes, qui tandem spurca, & foeda meretricis istius menstrua lambitis! O bone Iesu, quantum inter tuam illā speciem ac figuram, atque inter istius tetri, crudelisque tyranni fastum, ac superbiam interfuit! Nulla fuit, inquit Esaias, in Christo forma, nullus

decor. *Vbi eum aspeximus, oculos aspectumque nostrum auertimus.* Abiectus, & ab hominibus contemptus, doloribus confectus, continentibus morbis affectus, abscondens vultum à nobis. Adeò despectus, ut pro nihilo habeatur. Et quisquam mirabitur Papam gloriari esse ausum, se à Constantino Deum esse appellatum? Nam in hac dist. 96. c. satis, ita scribit: Satis ostenditur, à seculari potestate nec ligari prorsus, nec solvi posse Pontificem, quem constat à pio Principe Constantino DEVM appellatum, cum nec Deum posse ab hominibus iudicari manifestum sit. Sed operæ pretium est Doctoris Bernardi de hoc toto pompatum genere iudicium audire, qui lib. de considerat. 4. ad Papam Eugenium his scribit verbis: *Petrus nescitur processisse aliquando vel gemmis ornatus, vel sericus: non tectus auro, non veetus equo albo, nec stipatus milite, nec circumstrepentibus septus ministris.* Absque his & credidit satis posse impleri salutare mandatum: *Si amas me, pasce oves meas.* Item alio loco: Consideres ante omnia S. Ecclesiam Rom. cui Deo auctore praes, Ecclesiæ matrem esse, non dominam: te vero non dominum Episcoporum, sed unum ex ipsis. Hæc Bernard. verum quid de subsequentे clausula dicemus, ubi Constantinus post illam Regiam Papæ Sylvestri investituram subiungit, se frenum equi Papalis manu tenuisse pro reuerentia B. Petri, & statoris ei officium exhibuisse? Væ, vae meretrici vencicæ, cuius obsecræna menstrua tanti principes tandem liguriunt. Nam hunc eundem honorem sibi  
Papa

Papa Stephanus II. à Pipino Rege proximè Lutetiam Parisiorum tribui passus est. Eundem sibi Alexander tertius ab Imper. Friderico habeti voluit. ut non immeritò B. Hieronymus in prolog. de Spirit. sanct. nominatim Romam appelle Babylonem, & purpuratam illam Meretricem, quæ in Apocalypsi describitur. Sed hoc de genere toto iterū supradicti Bernardi iudicium audiamus, qui in Cant. cant. serm. 33. his scribit verbis: Honorati incedunt de bonis domini, cui dominio honorem non deferunt. Inde is quem quotidie vides meretricius nitor, histricus habitus, Regius apparatus, inde aurum in frenis, sellis & calcaribus, & plus calcaria quam altaria fulgent. Inde splendida mensa, & cibi, & scyphi. Inde comedationes & ebrietates. Inde cythara & lyra & tibia. Inde redundantia torcularia, & promptuaria plena, eructantia ex hoc in illud. Inde dolia pigmentaria. Inde referta marsupia. Proh! huiusmodi volunt esse & sunt Ecclesiarum Prepositi, Decani, Archidecani, Episcopi, Archiepiscopi. Nec enim hac cedunt negotio illi quod perambulat in tenebris: & mox, ISPSE ENIM EST ANTICHRISTVS. Ecquid vnquam vel Lutherus, vel alij consimiles Papatus insectatores planius aut vehementius ad Papam Romanum antichristianismi crimine accusandum protulerunt? Sed pergamus porrò. XXI. Neque enim satis hoc purpurata meretrici visum est. nam in sequenti versu Constantinū ita loquenterum facit: Clericis Ecclesiae Rom. servientibus eandem gloriam & potentiam & præexcellentiam tri-

buimus, quam amplissimus Senatus noster habet: &  
 sicut Imperiale exercitum, sic & clerum Ecclesie  
 Rom. adorari decernimus. Hac igitur libertate freti  
 Cardinales, & ceteri clerci, deinceps loricis, ga-  
 leis, scutis, gladiis, aliisque telis instructi ac pa-  
 ti vel ad praedicandum Euangelium, vel ad mis-  
 sificationes obeundas accendent. Tantumne? imo,  
 inquit, quemadmodum Imperialis potentia diuersis  
 officiis cubiculariorum, hostiariorum & excubitorum  
 decoratur, ita & S. Ecclesiam Romanam decorari  
 volumus, & ut candidissimo colore decoratos equos e-  
 quissent, & sicut Senatus noster calciamentis vtitur  
 cum viibibus, ita candidissimo linteamine illustren-  
 tur. Ecquis est ex tanto Senatorum Galliae Regis  
 numero, qui cum humilitatem, & modestiam  
 Christi & ipsius Apostolorum recordatur, non  
 istum Papatum fastum, ac superbiam precibus  
 omnibus detestetur? XXII. Quinetiam illud  
 subiungit, vt si Papa velit aliquem e Constanti-  
 ni Senatoribus in clericorum ordinem ascis-  
 re, ne per superbiam illum honorem recusent.  
 Quid, malum, tyannica ista barbaries est, vt ali-  
 cui collegio clericorum licet vnum aliquem  
 e Senatorum ordine arbitrio suo deligere, quem  
 etiam invitum, clericum aut monachum fieri  
 compellant? XXIII. Pergit porro: atque vt  
 Iurisconsulti meminerint, geminatae orationis  
 vim esse maiorem, iterum pronuntiat, se, &  
 suum palatium, & urbem Romam, & totius Ita-  
 liae & Occidentarium regionum provincias, lo-  
 ca, ciuitates, Papis omnibus Romanis usque ad  
 mundi

mundi finem donare. Quinetiam cessionis & traditionis formulam adiungit, ut sese deinceps, relicto in Papæ possessione Occidētis imperio, ad Orientales regiones transferat, & in prouincia Byzantia sedem Imperij sui constituat, addita insuper caussa valde idonea, quoniam, inquit, *iniquum est, regem terrenum in ea regione potestatē habere, ubi Christiane religionis caput & sacerdotum principatus à cœlesti rege constitutus est.* Præclarè se huiusce sententiaæ initium dedit. nā Constantini ætate, hoc est ducentis ante Iustinianū annis, ad donationem perficiendam traditione vacuæ possessionis opus erat. sed alia multa sunt quæ conturbent. Primùm quòd si Constantinus vacuam illius regionis possessionem Syluestro tradidit, non potuit eandem postea in suo testamento filio Constantio relinquere: cùm alienatio rei alicuius inter viuos facta, nullum de ea testamenti factioni locum relinquat. l. 6. C. de test. l. sequens. 52. D. de leg. 2. Sinautem donatio post illam inter filios partitionem facta est, perspicue fuit lusoria: quia patris partitio inter liberos, testamenti, ac proinde vltimæ voluntatis vim obtinet. l. pen. & l. vlt. C. fam. ercisc. cum similibus. Secundo, qua pietate potuit Constantinus, qui tres filios & duas filias habebat, tantam suis liberis iniuriam facere, vt illos dimidia hereditatis suæ parte priuaret, eamque in extraneum aliquem, præsertim hominem, abiectum & villem, transferret? Nam scitum est illud Augustinki *Quicunque vult exheredato filio Ecclesiam here-*

dem facere, querat alterum, qui suscipiat, quam Au-  
gustinum 17. q. vlt. c. vlt. ubi etiam laudatur eius  
Episcopi factum, qui testatori cuidam à quo li-  
beros non habente bona sua Ecclesiæ reicta  
fuerant, postquam libros præter spem & op-  
tionem suscepserat, omnia restituerat. quod i-  
dem traditur 13. q. 2. c. si quis irascitur. Sed nihil  
æquè ridiculum est, ac illa, quam Pseudocon-  
stantinus subiicit, consilij sui ratio: *Iniquum esse*,  
qua in ciuitate summus sacerdos præsideret, in  
eadem ciuitate Imperatorem Imperij sui sedem  
collocare. *Væ tuo capiti, carnifex sacerrime.* Nā  
quid de Solomone, de Aza, de Iosia, & aliis pīs  
Regibus Israelitis dicemus, qui sui domicilijs ac  
regni sedē Hierosolymis collocarunt? Quid de  
Theodosio, qui Mediolani? Sed ne longius e-  
xempla petantur, quid de Constantio Constan-  
tini filio, qui ex patris testamento Romæ non  
tantum summum Imperium & iurisdictionem  
exercuit, verum etiam Papam Liberum propter  
susceptum Anastasij Episcopi cuiusdam Magi ac  
sacrilegi patrocinium, & Papatu suo exauctora-  
uit, & virbe Roma exterminavit? quemadmo-  
dum Theodoricus, Sozomenus, & Amm. Mat-  
cellin. libr. 15. scriptum reliquerunt. XXIV.  
Sed iam ad institutum reuertamur. Nam ad ex-  
tremum, sanctio subiicitur horribilis: *Siquis*,  
*inquiens, ex nostris successoribus temerator aut con-*  
*temptor extiterit, eterna damnationi subiaceat in-*  
*nodatus, & in inferno inferiore concrematus cum*  
*Diabolo & omnibus impiis deficiat.* At ista execra-  
tione

tione primus se ipse Constantinus induit: qui, ut modò dicebamus, in suo testamento imperium Occidentis filio suo natu maximo attribuit: eadem denique execratione, quicunq; vel Occidentem, vel Occidentis partem aliquam vel Regio, vel Ducali, vel quoquis alio nomine pro suo possedit, obligatus fuit. Neque ista ratione, quam antehac vel Galliæ, vel Hispaniæ Rex fuit, qui non in inferno inferiore vnâ cum Diabolo & impiis omnibus concremetur. XXV. Iā verò ecquis tam imperitus linguae Latinæ repetietur, qui non videat, genus dicendi, quo illius instrumenti scriptor est usus, longissimè ab illius seculi consuetudine abhorre quam reprehensionis partem Platina in illo Sylvestro non prætermisit. sed fusiūs persecutus est vir acerrimo in hoc genere iudicio Laurent. Valla. cui unum hoc subiungemus: si quis genus dicendi consideret, quo Constantini leges in Theodosiano & Justinianico codice scriptæ sunt, eum nullo negotio animaduersurum, instrumētum hoc ex illa officina prodīsse, quam superius ex Franciscanicis Conformatitatibus, aut Dominicanī vita demonstrauimus. Neque verò silentio prætercunda est altera Papæ cuiusdam recentioris (Leonis, ut videtur, decimi) calliditas planè veteratoria, qui, ut vitium istud orationis ac styli quasi fuco aliquo tegeret, falsitatem falsitate cumulavit. Græculum enim quendam, Bartholomæi Picerni nomine subornauit, post verò August. Steuchum bibliothecarium suum, qui di-

cerent, se in bibliotheca Papæ nesciæ qua instrumentū istud Græca lingua cōscriptum reperiisse, tūm aliquantò commodiùs in Latinum sermonem conuertisse. Quod commētum Gregorius XIII. nūc nuper in recenti editione Decreti Gratiani confirmauit. Atqui leges Constantini omnes in supradictis Codicibus Theodosiano, & Iustinianico, Latina lingua conscriptæ extant: quamuis & Constantinopoli, & Græca vrbe, & apud Græcos ederentur. prēterea Eusebius lib. de vita Const. 3. memoriae prodidit, eū in Synodo Nicæna Latinè verba fecisse. Et lib. 2. testatur, se illius Epistolas & decreta latinè scripta in Græcum sermonem conuertisse. vt suspicari aliquis possit, aut Græcè illum nunquam instrumenta istud scripsisse, aut, si & Græcè & Latinè scripsit, certè non isto Bœotico & stolido dicendi genere vsum esse. Sed iam de falsitate & impio Paparum de Constantini donatione commento satis videtur dictum: vt perspicuum omnibus esse possit, totum Papatum, qui hoc solo fundamento nitebatur, subruto fundamento, stare diutiùs non posse.

### ALIVD FALSITATIS CRIMEN ANTIQUISSIMUM.

**C**ommodissimum tamē videtur, alia quædā Papalium falsitatū ac periuriorum exēpla proponere, ac potissimū ea, ex quib. intellegatur, Papā Romanum non modò contra Scripturæ sacræ, verumetia contra veteris Ecclesiæ primi-

primitiū auctoritatem tyrannicum istum dominatum affectasse. Nam cūm ambitio ac libido dominandi nonnullos tūm Episcopos occupasset, Nicæna Synodus anno Christi C c x x v. coacta est: in qua decretum fuit, vt in quaque provincia siue dicecesi (vtroque enim vocabulo patres illi veteres yrebantur) pastor aliquis, etate (vt credi par est) & doctrina prestans deligeretur, cui potestas permitteretur, cūm usus veniret, collegas aduocandi, atque ad eos de communium Ecclesiarum negotiis referendi. Hic per eā tempora modò Patriarcha, modò Metropolitanus, modò Archiepiscopus promiscuè dicebatur: ita tamen, vt neque minores Episcopi sine huius, neque hic sine illorum consensu atq; auctoritate gravius quicquā administraret. Verba Synodi cap. 6. hæc fuerunt: *Antiqua consuetudo valeat, quæ in Ægypto, Lybia, & Pentapoli fuit, ut Alexandrinus Episcopus super his omnibus auctoritatem habeat, quoniam & Romano Episcopo haec eadem consuetudo est. Similiter autem & apud Antiochiam, & in cæteris prouinciis priuilegia conseruentur. Illud autem planum est, quod si quis sine consensu Metropolitani fiat Episcopus, hunc magna Synodus statuit Episcopum esse non oportere.* Rufinus autem lib. 10. Eccles. histor. decretum illud sic interpretatur, *Apud Alexandriam, & in urbe Roma hec consuetudo seruetur, ut & ille Ægypti, & hic suburbicarum Ecclesiarum solitudinem gerat.* Ex quibus intelligitur, fines Episcopatus Romani suburbicarum tantum Ecclesiarum terminis à Nicæna

Synodo circumscriptos fuisse: tantum abest, ut ei vel principatus, vel auctoritas in omnes orbis totius Ecclesias ab Imperatore Constantino tributum fuerit. Audiamus nunc quid anno post sexto & quinquagesimo in Synodo Constantinopolitana prima eadem de re constitutum fuerit: hoc est, anno Christi cccxxi. Nam cap. 2. scriptum ita est: *Episcopi quibus sua diœcesis attributa est, ne in Ecclesiæ que extra fines suos sunt, se inferant: neve Ecclesiæ confundant, sed secundum canones, Alexandriae quidem Episcopus ea tantum que in Aegypto sunt, gubernet.* Orientis vero Episcopi solum Orientem administrent. Conserueturque sua Ecclesia Antiochenæ dignitas, que in Nicena Synodo declarata est. Et Episcopi Asiae diœcesis siue prefectura, ea tantum que in Asia sunt, gubernent: qui in Ponto sunt, que in Ponto tantum. Thracij vero ea tantum que sunt in Thracia. Episcopia autem nisi aduocati, ne in alienam diœcesim & prefecturam se inferant, siue ad suffragia, siue ad alias villas administrationes Ecclesiasticas. quod si predictus canon super prefecturis & diœcesibus conseruetur, perspicuum est, quod cuiusque prouincia negotia unaquaque Synodus prouincialis gubernabit, quemadmodum à Nicena Synodo constitutum est. Quinetiam Socrates libro histor. Ecclesiast. 3. his eandem rem confirmat verbis. Rursus fidem à Nicena Synodo traditam confirmarunt, & Patriarchas descriptis prouinciis constituerunt: ut Episcopi certæ dioecesi prepositi in alienas ecclesiæ ne inuaderent. Et mox. Conseruantes tamen primum honoris & dignitatis gradum Antiochen-

Antiochenum Ecclesiae, quem ei qui tunc aderat Milletio dederunt. Statuerunt autem, ut quoties res postularet, de cuiusque prouincia negotiis cuiusque prouincie Synodus constitueret. Hæc Socrates. Atque illam ipsam Ecclesiarum descriptionem videre licet ab Imperatore Gratiano, Valentiniano & Theodosiano traditam, & constitutam in 13.C. Theodo. de fide Cathol. Eat nunc Romanus Episcopus, & sibi principatum in omnes vniuersi orbis Ecclesias, & nominatim in sedem Antiochenam, Hierosolymitanam, Alexandrinam & Constantopolitanam ab Imp. Constantino tributum fuisse glorietur. Nam hunc Ecclesiae primitiua statum, & conditionem usque ad annū Christi cccxxxi. fuisse demonstramus. Quinetia eius de Synodi c.5. ita scriptū est: *Constantinopolitanus Episcopus habeat primatum honoris post Romanum Episcopum, quia ipsa est noua Roma.* quod etiam relatuum est dist. 23.c. Constantinopolite. Vbi nuper Canonista Gregorius XIII. annotauit, caninem illum à Romana sede receptum non fuisse. Nec mirū: cum eo canone Papatus manifeste falsitatis conuictus esset. Audianus etiā Ioan. Chrysostomi hac de re iudicium, qui circiter annum Christi ccc. floruit, & primatum illum Antiochenæ Ecclesiae perspicuè vindicat his verbis, hom. 3. ad populum Antiochen. *Cuiutatum omnium Antiochenam nostra Christo est optatissima:* & sicut Petrus inter Apostolos primus Christum predicauit, sic inter ciuitates ( sicut iam predixi ) hæc prima tanquam coronam quandam admirabilem Christianorum

tenet appellationem. Item Homil. 16. Quæ verò est ciuitatis nostræ dignitas? contigit primum Antiochiae discipulos appellari Christianos. hoc autem ciuitatum quæ sunt in mundo ciuitas habet nulla, neque ipsa Romuli ciuitas: propterea contra omnem terrarum orbem Antiochia oculos erigere potest. Atque hæc quidem (vt dixi) temporum illorum conditio fuit, cum Papa Rom. ab illa tyrannide, quam postea in Ecclesia occupauit, longè longèque abesset. Nunc, quid posterius obseruatum fuerit, cōsideremus. Nā in Synodo Ephesina, quæ quinquaginta post annis, hoc est anno Christi CCCXXXI, habita est, cap. postremo ita scriptum est, *Uisum est sanctæ & vniuersali Synodo, seruando vnicuique provinciæ pura & integra iura, que ad ipsam pridem & ab initio pertinent, secundum morem qui tam pridem obtinuit, &c.* Vbi est ille summus super vniuersi mundi Ecclesiæ tributus Papæ Rom. ab Imp. Constantino principatus? Audiamus in sequentem vniuersalem Synodum xx. post annis, hoc est anno Christi CCCLI. Chalcedone congregatam. Nam cùm Episcopus Constantinopolitanus propter Orientalis Imperij sedem, in urbe sua collocatam, pari eodemque ambitionis morbo, quo noster Romanus laboraret, artibus ac technis suis perfecit, vt ea Metropolis, quæ tantam dignitatem haberet, ius quoddam praeter ceteras obtineret: atq; vt ipse Asiae, Ponti, & Thraciæ Metropolitas solus constitueret. vnde accidebat vt Ecclesiæ Antiochenæ auctoritas tanto pere à Chrysostomo celebrata, & Nicæna pri-

mūm

mùm, tum deinde Constantinopolitana Synodo cōstituta funditus euerteretur. Simul his artibus effictum est, vt Quatuor viri regundo terrarum orbis crearentur, qui Metropolitas suæ præfecturae subiectos haberent. Nam Alexandrino Africa, Occidens Romano, Cōstātinopolitano vero pars illa Europæ & Asiac propè tota tributa est, præter perpaucas Ecclesiæ, quæ Hierosolymitanæ propter antiquitatem & auctoritatem vrbis, quasi dicas caussa, relictæ sunt. Itaque cum olim Archiepiscopi, Patriarchæ, & Metropolitæ iidem essent, totidemque nominibus prouinciuæ appellarentur, deinceps Archiepiscopi (qui Patriarchæ quoque dicti sunt) quatuor tatum facti sunt, qui Metropolitanis, ut diximus, præcessent. Nam cap. illius Synodi 28. scriptum ita est: *Ubique leges sanctorum patrum nostrorum sequentes, eadem & nos definimus, ac statuimus de dignitate atque præstantia huius sanctis. Ecclesia Constantinopolis, nouæ Romæ. Etenim sedi antiquioris Romæ, quia tum ciuitas illare gnabat, patres nostri merito primum honoris gradum tribuerunt. Atque eadem consideratione moti c. l. Deo amantissimi Episcopi parem honoris gradum tribuerunt nouæ Romæ (notentur hæc verba) sedi sanctissimæ: merito decernentes, ut ea ciuitas, quæ tantum honorem adepta est, ut & sedes esset Imperij, & Senatum haberet, & parem dignitatis gradum obtineret, atque antiqua sedes Imperij Rom. obtinet: etiam in Ecclesiasticis negotiis parem atque illa honorem & dignitatem obtineat, cum post illam secunda sit. Vbi tum ille Rom. Papæ principatus ac dominatus sum-*

mus latebat, quem Imper. Constantinus ei super  
 omnes Ecclesias tribuisse dicitur. Audiamus ver  
 ba secundæ Synodi Constantinopolit. ex cap. 36.  
 Renouantes que à c. l. Patribus qui in hac à Deo ser  
 uata & regia urbe conuentum egerunt, & sexcento  
 rum triginta, qui Chalcedone congregati fuerunt, in  
 stituta sunt, definimus, ut Constantinopolis sedes pa  
 rem habeat dignitatem sedi antiquioris Romæ, & in  
 Ecclesiasticis negotiis æquè atque illa magnificetur,  
 (Notentur hæc verba) cum sit post ipsam secunda  
 post eam autem Alexandrina magnæ urbis, & post  
 hanc Hierosolymorum Episcopus succedat. Sed post  
 ea sensim Archiepiscoporum numerus Impera  
 torum arbitrio adauctus est. Nam Imperator Iu  
 stinianus urbi suæ patriæ honorem illum tri  
 buit Nouel. xi. vbi sic scribit: *Multis & variis*  
*modis patriam nostram augere cupientes, in qua Deus*  
*præstиту nobis ad hunc mundum venire, iubemus, ut*  
*eius sacrosanctus antistes non solum Metropolitanus,*  
*sed etiam Archiepiscopus fiat, & certe prouincia sub*  
*eius sint autoritate: id est, Dacia mediterranea, Da*  
*cia Ripensis, Mysia secunda, & Dardania, & Pra*  
*ualitana, &c.* Item ad extremum: *Archiepiscopum*  
*eius à venerabili concilio Metropolitanorum ordina*  
*ri fancimus.* Fuerunt & aliæ eodem nomine ur  
 bes Iustinianæ dictæ, in Africa Iustiniana Car  
 thaginiensis, quam idem Imp. Romano imperio  
 adiunxerat, in Cypro insula, Iustiniana Theodo  
 ræ vxoris eiusdem patriæ, quibus parem iuris, ho  
 noris, & dignitatis prærogatiuā Iustinianus tri  
 buit. Ex his igitur multiplex Paparū Romanorū  
 impu-

impudentia perspicitur: primùm in eo quòd qua  
tuor tantum Patriarchias sive Archiepiscopales  
sedes per ea tempora numerantur in eo, quòd  
suam sedem illis quatuor sedibus superiorem fa  
ciunt, & sibi in illas principatum ac iurisdictionem  
arrogant: deinde, quòd illorum patriarcha  
rum ius ac potestatem sibi asciscunt. cùm eui  
dentissimè appareat, Imperatorum illam auctor  
itatem ac potestatem fuisse: quæ omnia quòd  
planiùs ac dilucidiùs cognoscantur, vnico insu  
per eiusdem Iustiniani testimonio contenti eri  
mus: cuius in Nouella 230. verba hæc sunt, Lat  
inè à Juliano antecessore conuersa. *Iubemus i*  
*gitur beatissimos quidem Patriarchas, id est, Papam*  
*Romanum & Constantinopolitanum & Alexan*  
*drinum & Theopolitanum, id est, Antiochenum, &*  
*Hierosolymitanum, siquidem consuetudo est, &c. Et*  
*mox: Metropolitanos autem, qui à consilio suo vel*  
*beatissimis Patriarchis, vel à Metropolitanis conse*  
*rantur, &c. Item Nouel. 131. Papa Romanus, in*  
*quit, prior omnibus Episcopis & Patriarchis sedeat:*  
*& post illum Constantinopolitana civitatis Episco*  
*pus: Archiepiscopus prima Iustiniana habeat sibi sub*  
*iectos Episcopos Daciae Mediterraneæ, & Dacia*  
*riensis, item Praevalenos, & Dardaniam, & Mysia su*  
*perioris, & Pannoniam: sed ille ab ipsis consecretur, &*  
*eadem iura super eos habeat, quæ Papa Romanus ha*  
*bet super Episcopos sibi suppositos. Perspicuum est igit*  
*tur, primis Christianæ libertatis temporibus qua*  
*tuor tātū Patriarchas fuisse, pari omnes honore,*  
*dignitate, iurisdictione, auctoritate, gradu: nisi*

quod in Synodis vniuersalibus Romanis, propter veterem veteris Romæ dignitatem, primus considebat: deinde Patriarcharum numerum auctum fuisse, non à Papa Romano, sed ab Imperatore Romano: ut essent quinque, tūm sex, tūm septem, tūm ad extremum octo. tot enim sub Iustiniano numerauimus. Ex quibus simul animaduertī volumus, insignem Romani Papæ in illo Synodi Constantinopolitanæ cap. 36. corrumpendo fraudem atque impudentiam. Nam apud Gratianum dist. 22. c. renouantes, verba Synodi Græca ita verterunt: Renouantes sancti Constantiopolitani decreta conciliij petimus (imò definimus, ὅπουδι) ut Constantinopoltana sedes similia priuilegia quæ superior Roma habet accipiat. Non tamen in Ecclesiasticis rebus magnificetur ut illa: sed hæc secunda post illam existens, priusquam Alexandrina sedes numeretur, deinde Antiochena, & post eam Hierosolymana. De qua falsitate ne cui dubium esse possit, Græca ipsa verba proferemus: ὅπουδι ὡσε τὸν κορσατινοὺς δόπον τῷ τοῦ Στολούσειν ταπεστιανὸν τὸ τὸν ταπεστιανὸν Τέμπανον δημιουρὸν, καὶ εἰ τοῖς εἰκόνοις μοιούσις εἴσερον μεγάλωσαν ταπεστιανὸν. Veruntamen, dixerit fortasse quispiam, mendum istud nuper in editione Gregorij xiii. sublatum est, &, pro Non tamen, repositum Necnon. Praclarè. Nam ista ratione primùm fateri Papa cogitur, apertissimè se falsitatis coniunctum esse: eaque falsitate & corruptela per annos amplius ccc. ad fallendam Christianam Ecclesiam improbè ac veteratiori vsum esse. Præterea nunquam illam falsitatem

tatemque correctum fuisse, nisi à nostris iam pri  
dem falsò accusatus & conuictus fuisset. Sed quid  
respōdebit vel Gregorius x iiii. vel Sixtus noster  
de iterata, & renouata hac eadē falsitate in c. an-  
tiqua, extra de priuileg. vbi turpior etiā imposta  
ra cōmissa est his verbis, *Antiqua Patriachalium*  
*sediu priuilegia renouātes sancimus, ut post Rom. Ec-*  
*clesiam (qua disponente domino super omnes alias or-*  
*dinariæ potestatis obtinet principatum, utpote mater*  
*universorū fideliū & magistra ) Constantinopolitana*  
*primū, Alexandrina secundum, Antiochena tertium,*  
*Hierosolymitana quartum locum obtineat: seruata*  
*civilibet propria dignitate: ita quod postquam antistiti-*  
*tes eorum à R. Pontifice receperint pallium (quod*  
*est plenitudinis officij Pontificalis insigne) præstito*  
*sibi fidelitatis & obedientia iuramento, licenter, &c.*  
Ecquis est vel tam ferreo pectore, vel tam vecor  
di mente, quem ista tanta Paparum in corrumpendis Ecclesiæ Christianæ monimentis impud-  
entia non moueat? Neque verò consimilis al-  
tera impudentia silentio prætereunda est, ex c.  
placuit, 2. q. 6. Nam cum in synodo Carthaginensi  
sexta, cui B. Augustinus interfuit, cap. 105. de-  
cretum aduersus Papam R. fuisset, ne ad ipsius  
Sedem ex transmarinis Ecclesiis prouocaretur: si  
quis prouocare auderet, anathema esset: tamen  
idem Papa in illo c. placuit, post hæc verba: *Ad*  
*transmarina autem, qui putauerit appellandum, à*  
*nullo inter Africam in communione recipiatur: im-*  
*pudenter hanc exceptionem subiunxit. Nisi for-*  
*te Rom. sedem appellauerit: vbi nuper Gregorius*

XIII. perfidiosæ falsitatis atque imposturæ manifestò conuictus, hanc excusationem adiecit,  
Hac in antiquis Codicibus scribuntur tanquam Gra-  
tiani verba. Præclarè rursus. Nam hoc modo in-  
toleranda Papatum Rom. impudentia persipi-  
tur, qui non modò decretum data opera contra  
ipsorum ambitionem scriptum illa exceptione  
corruperunt, verùm etiam per annos amplius  
trecentos, vsque dum à nostris illa falsitas atque  
impostura patefacta est, illo mendacio Christia-  
nam Ecclesiam circumuenerunt. Et quoniam  
Gallis nostris hęc potissimum à nobis opera na-  
uatur, non alienum erit ex Doctore Bernardo  
quid aliquando Lutetiæ Parisiorum ex hac Ro-  
manarum appellationum ambitione acciderit,  
verbis ipsius exponere: ex lib. de considerat. 3. Pa-  
risius, inquit, contigit hoc, nobili Galliarum ciuitate,  
sede Regia. Quidam sibi publicè despōnserat uxo-  
rem: adest dies celebris nuptiarum, parata omnia, inui-  
tati multi: & ecce homo concupiscens uxorem proximi  
sui, in vocem appellationis inopinata prorumpit, affir-  
mans sibi traditam prius, suam potius esse debere.  
Stupet sponsus, hærent aures, sacerdos non audet pro-  
gredi, frustratur omnis apparatus ille, descendit quis-  
que in domum suam, suam cœnam manducaturus.  
Sponsa à mensa & thalamo sponsi suspenditur, quous-  
que Roma redditum est. Rursus in eadem Parisiorum  
ciuitate quidam sibi despōnserat uxore diem constituit  
nuptiarum: interim emergit calunnia, dicentibus  
quibusdam, non debere coniungi. Ad iudicium Ec-  
clesiae causa delata est. Sed non expēctata sententia,  
appellatum

appellatiū est. At illū nihilominus, quod proposuerat,  
 coniēpta, siue dissimulata appellatione, peregit. Age:  
 posterioris temporis rationem consideremus.  
 Nam anno CCCCXXCV Carthaginensis syno-  
 dus, eāque vniuersalis habita est, ad quam Epis-  
 copus Rom. tres legatos, Faustinum, Philippū,  
 & Asellum, cum his mandatis misit, vt iusl uæ  
 Sedi à synodo Nicæna tributum, nimirūm vt ab  
 omnibus metropolitanis ad illū appellaretur, sibi  
 conseruaretur. Tum repente scriba, nomine Da-  
 niel, iussus est de scripto mandata illa recitare:  
 ac simul caput illud synodi Nicænæ, quod Papa  
 Rom. illis pro causæ suæ instrumento adiunxe-  
 rat. Recitatum est quintum caput integrum  
 synodi Sardicensis, quod Episcopus Rom. frau-  
 dulenter ac malitiosè pro Nicæna synodo sup-  
 posuerat. Omnes qui tūm aderant Episcopi &  
 Archiepiscopi negarūt id se vñquam in synodo  
 Nicæna legisse. Itaque placuit vt exemplar Nicænæ  
 synodi, quod tūm erat in manibus, recita-  
 retur. Verbum de appellatione nullum. Decretū  
 fit, vt certi homines Constantinopolim, Alexá-  
 driam, Romam denique mitterentur, qui alia  
 exemplaria Nicænæ synodi asportarent, sed ma-  
 xime Constantinopolim: vbi authoritas ipsa si-  
 uie ἀρχέτυπος Nicænæ Synodi asseruabatur. An-  
 no vertente allata sunt. Recitata. Nulla de isto  
 Episcopi Rom. priuilegio ac præcipuo iure su-  
 spicio. Scribitur epistola de communi patrum  
 sententia Rom. Episcopo. Nusquam illud in  
 Nicæna synodo repertum: imò ex contrario, in

illa ipsa synodo decretum, ut ipse suis se finibus, item ut alij Papæ & Metropolitanus, contineret. Quare si saperet, deinceps sua dicecerit & praefectura contentus esset: neque in aliena possessionem invaderet. Huic sententiæ subscripti seruit ducenti & triginta patres: in iis, illi ipsi quos antea nominavimus, Faustinus Episcopus Potentiae Ecclesiæ, legatus Episcopi R. Philippus, Presbyter & legatus Episcopi R. Asellus presbyter, & eiudem Episcopi legatus. Quinetiam illius Nicænorum patrū decreti quatuor hæc causas Synodus adscripsit, quas non alienum est exponere. Prudentissime, inquit, iustissimeq; Nicæni patres prouiderunt, quecumque negotia in suis locis, ubi orta essent, finienda: nec uniuicue prouincia gratiam spiritus Sancti defuturam, qua equitas à Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & cōstantissime teneatur: maxime, quia uniuicq; concessum est, si iudicio offensus fuerit cognitorū, ad concilia sua prouincia vel etiam uniuersale prouocare, nisi forte quisquam est, qui credat, Deum unius alicui cognitionis & examinis inspirare iustitiam, immensabilibus autem in synodo congregatis sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmarinum iudicium ratum erit, ad quod testium necessaria persona vel propter sexus, vel propter senectutis infirmitatem, vel multis aliis interuenientibus impedimentis adduci non poterunt? De legatis autem illis tribus, Faustino præsertim, graues querimonie in iisdem literis perscriptæ sunt, quod conuehui magnas molestias exhibuissent, cum simularent

tent se Rom. Ecclesiæ priuilegia defendere. Vi-  
demus igitur Rom. Papæ iam tūm per illud tem-  
pus patefactam improbitatem, perfidiam, falsita-  
tem, impudentiam, atq; aperte ab vniuersali syno-  
do conuictam & condemnatam. Ecquid illum  
sublatis omnibus ex Africa & Asia suis vel emul-  
lis vel certe riualibus fecisse arbitramur, vt po-  
tentia iam tūm illis temporibus affectata in Occi-  
dente suo constabili ret? Atque haec quidem ha-  
cenus de prima Nullitatis causa, & iudicis in-  
competentia dicta sint: quæ tamen quò magis  
apud clarissimos Parlamentorum regiorū sena-  
tores, & alios iurisperitos testata esse possint, au-  
toritate Doctorum confirmabimus. Ac primū  
illa perulgata Canonistarum sententia, Papam  
etiam in solo hæresis crimine non esse idoneū  
iudicem, sed ab aliis iudicari oportere. c. si Papa,  
dist. 40. Et eo casu Philippus Decius fortiter co-  
tendit, concilium auctoritate Papæ non esse co-  
gregandum, in c. cum venissent, num. 37. extra.  
de iudic. Idem Panormit. & Decius in c. signifi-  
cati, num. 4. & num. 9. de elect. Sed omnium co-  
piosissimè & doctissimè Lud. Rom. in concil.  
vlt. num. 15. & seqq. ubi ex ipsius Decreti auctor-  
itate contendit, eum qui rebelliter viruit, & di-  
scere atque agere bona recusat, magis esse mem-  
brum Diaboli, quam Christi: & potius infidele,  
quam fidelem monstrari. c. nullus, dist. 38. Idem  
Iason in cōs. 95. requisitus, vol. 4. Decius cōs. 115.

1120012.11.17. c. 70030181.1. L 03.30065  
1001120012.11.17. c. 70030181.1. L 03.30065  
1001120012.11.17. c. 70030181.1. L 03.30065

B R V T V M  
 S E C V N D A N V L L I T A S  
 EX F A L S I T A T E A L L E G A T I O N I S.

**S**ecundam igitur nullitatis caussam in allegationis falsitate consistere dicimus: hoc est, in allegata falsa caussa, quam Papa in concipienda sententia secutus est. Nota enim regula iuris est, ut sententia ex falsis causis, falsis allegationibus, falsis instrumentis, falsis testimoniis pronunciata, ipso iure, ac sine appellatione nulla sit: præsertim ubi sententia præcipuam causam ac fundamentum habuit allegationis falsitatem. l.i.  
 & pass. C. si ex fals. instr. l. si prætor. 7. D. de iudic. l. cùm verò, 26. §. subuentum, De fideic. l. i. libert. l. Seiæ. 26. D. de tutor. & cur. dat. l. i. §. hæc verba, D. ne vis fiat ei. l. i. C. si ex fals. alleg. At Pa pa Sixtus iccirco Regem Nauartum & Princi-  
 pem Condæum ab se proscriptos esse prædicat, quia sunt notorij (vt ipse loquitur) hæretici. Fe-  
 stiuè. Nam hac ratione, si principes illi notorij  
 sunt hæretici, tūm armis & bello persequendi  
 sunt: si non sunt hæretici notorij, tūm proscri-  
 ptio & execratio nullius mometi est. Videamus  
 igitur quo nomine, & quānam allegatione su-  
 pradiet Principes pro hæreticis damnētur. Ne-  
 que enim tantum crimen vel infimo cuiquam  
 Christiano, sine magna & graui caussa imponen-  
 dum est: nedum illis tantis principibus, & tanti  
 Regis agnatis proximis. Imperatores Gratianus,  
 Valent. Honor. statuerunt, vt hæreticorum nu-  
 mero habeantur, qui vel leui argumento à iudi-  
 cio

cio catholicæ religionis ac tramite detestati fuerint deuiare. l.2. C. de hæret. & Manich. Quis illā definitionem probaret? nam Augustinus eos qui sententiam suam, quamvis falsam & perniciōsam, nulla pertinaci animositate defendunt, præser-tim quam non audacia sua præsumptionis pepererint, sed à seductis atque in errorem prolapsis parentibus acceperunt, querunt autem cauta solicitudine veritatem, corrigi parati, cùm inuenerint, nequaquam hæreticos deputat: vt loquitur text. 24. dist. 3. c. dixit. Rursus Ioh. Auentinus lib. Annal. 3. scriptum reliquit, Episcopum quendam Germanum, nomine Vergilium, Mathematicis artibus eruditum, in crimen hæresis iccirco vocatum fuisse, & Romam à Zacharia Pontifice accessitum, quòd Antipodas esse affirmasset. Canonistæ decreuerunt eum hæreticum habendum esse, qui non omnibus ac singulis Papæ decretis obtemperaret. gloss. dist. 10. c. nulli. & dist. 21. Papa ipse decreuit, vt qui negat Imperatores, Reges, Principes, humanam denique omnem creaturam temporali & materiali gladio Romani Pōtificis subesse, hæreticus habeatur: quoniam hoc credere est de necessitate salutis: hoc est, vñus est ex fidei articulis. c. 1. in fin. extrauag. de maiorit. & obed. Anno Christi cxcviii. Victor Papa Romanus Ecclesiæ Orientales iccirco hæreticas esse pronuntiauit, quòd de festo die Paschatis non idem quod ipsius Ecclesia sentiebant. Qua de causa Irenæus Lugdunensis Episcopus Papam illum vehementer increpuit: auctore Euseb. lib. 5. 26. &

Epist. 24. Quid optis est multa? Hæreticus in Pa-  
 patu definitur qui non credit iis omnibus, quæ  
 in Ecclesia R. pro veris tradita sunt. c. nulli, ditt.  
 19. At superius demonstratum est, Paparum au-  
 thoritate atque imperio traditam hanc Ecclesiæ  
 Christianæ doctrinam fuisse ad credendum. Do-  
 minicum plurā edidisse miracula, quam Chri-  
 stum, & omnes iphus Apostolos: eundem Do-  
 minicum multo præstantiorem fuisse Christo,  
 & omnibus eiusdem Apostolis. Ioannem Ba-  
 ptistam, cui Scriptura sacra elogium hoc tribuit,  
 neminem vnguam mortalem in terris illo  
 maiorem exitisse, multis partibus inferiorem  
 illo impostore Dominico fuisse. Demonstratum  
 est præterea, fabulam de stigmatibus Francisci  
 Bernardonis à Papis approbatam fuisse, Eccle-  
 siæque Romanæ traditam ad credendum, & sub-  
 nota hæresis puniendum oppositum sapientem:  
 his enim ipsis verbis Papæ in suis Bullis vtun-  
 tur li. Conformat. fol. 234. col. 3. Quare inquit,  
 hoc est firmissime, tanquam verum tenendum, & oppo-  
 situm tenentem, ut hæreticum ab omnibus despiciendū.  
 Par ratione Anton. Florentinus hist. part.  
 3. c. 1. §. 3. sic scribit: Ecclesia indubie approbanit &  
 declarauit festum de hoc celebre instituendo: quod  
 Francisco oranti & transformato D. Jesus in modum  
 Zeraphyn (scilicet cum sex alis) crucifixus ei impres-  
 sit in manibus & latere signa sua passionis, in quibus  
 sentiebat maximum dolorem. Iudicent nunc cla-  
 rissimi & prudentissimi Regis Galliæ consilia-  
 rij, satisne vera illa Hæretici definitio sit, ut qui  
 turpissi-

turpissima illa de Dominico & Bernardone cō-  
menta Ecclesiæ Romanæ auctoritate compro-  
bata non crediderit, pro hæretico habeatur, &  
ab Ecclesiæ communione arceatur? Si non æ-  
quum hoc Papatus R. decretum esse statuant,  
tum meminerint eius regulæ, qua traditur, leues  
& temerarios accusatores, non modò calumniæ  
damnatos, infamia notari, verumetiam talionis  
peña damnari. l. vlt. C. de accusat. ac proinde  
Papam Sextum V. qui Nauarrum Regem, & Con-  
dæum Principem hæresis criminè calumniosè  
accusauit, perspicuè pro schismatico & hæreti-  
co habendum esse. Sed iam paulò attentiùs con-  
sideremus, in quos nefarium illud crimen ac no-  
men Hæreticorum conueniat. Nam quantum ex  
sacra Scripturæ & veterum Ecclesiæ doctorum  
auctoritate cognosci licet, Hæreticus is. demum  
dicendus est, qui doctrinā cum regula fidei (hoc  
est symbolo Christianorum) pugnantem legitimi-  
mè admonitus, & conuictus, tamen & contumaci-  
ter tuetur, & seditione disseminat. Sic enim  
Augustinus lib. de ciuit. Dei 18. c. 51. *Qui in Eccle-  
sia Christi, inquit, morbidū aliquod prauumq; sapiunt,*  
*si correpti virsanū rectūmq; sapiat, resistunt contumaci-  
ter, suāq; pestifera & mortifera dogmata emendare  
nolunt, sed defensare persistunt, hæretici fiunt, & fo-  
rás exeentes habentur in exercentibus inimicis. Iam  
vero de Symbolo Christianorum, quam fidei  
regulam Tertullianus appellat, præclarum eius-  
dem Tertulliani hoc testimonium extat in libro  
de præscript. hæret. *Regula fidei est, inquit, qua**

creditur unum omnino Deum esse (notetur hæc pia  
 Christiani symboli paraphrasis) nec alium prætor  
 mundi creare, qui uniuersa de nihilo produxerit  
 per verbum suum. P. Id verbum filium eius appellata-  
 tum, varie visum patriarchis, à prophetis semper  
 auditum, postremo delatum à Spiritu Patris Dei  
 & virtute in virginem Mariam, carnem factum in  
 utero eius, & ex ea natum egisse (exisse) Iesum Chri-  
 stum, exinde prædicasse nouam legem, & nouam pro-  
 missionem regni cœlorum, virtutes fecisse, fixum cruci,  
 tertia die resurrexisse, in cœlis erectum sedere ad dex-  
 teram patris, misisse vicariam vim Spiritus Sancti,  
 qui credentes agat, venturum cum claritate ad su-  
 mendos sanctos in vita aeterna & promissorum cœle-  
 stium fructum, & ad prophanos iudicando signi per-  
 petuo: facta utrinque partis resuscitatione cum car-  
 nis restitutione. Hæc regula à Christo instituta nul-  
 las habet apud nos quæstiones, nisi quæ hereses infe-  
 runt, & quæ hereticos faciunt. Hæc Tertullianus.  
 Ex quibus intelligitur, hereticos ab eo definiri,  
 qui doctrinam Christianorum Symbolo con-  
 traria in Ecclesiam inducunt: quod illi Pauli  
 Apostoli præcepto consentaneum est: *Qui aliud  
 vobis Euangelium attulerit, quam quod nos attuli-  
 mus, anathema esto.* Itaque Tertullianus alio eius-  
 dem libri loco, *Vnde*, inquit, *extranei & inimici  
 Apostolis heretici, nisi ex diuersitate doctrina, quam  
 unusquisque de suo arbitrio aduersus Apostolos, aut  
 protulit aut recepit?* Illic igitur & Scripturarum &  
 expositionum adulteratio deputanda est, ubi diuersi-  
 tas inuenitur doctrina. Item alio loco: *Hæretici edat  
 origines*

origines Ecclesiarum suarum, euoluant ordinem Episcoporum suorum, ita per successiones ab initio decurrentem, ut primum ille Episcopus aliquem ex Apostolis, vel Apostolicis viris, QVI TAMEN CVM APOSTOLIS PERSEVERAVERIT, habuerit auctorem & antecessorem. Apostolicos Tertullianus diserte appellat, neque alias hoc nomine appellari patitur, quam qui cum Apostolorum doctrina consenserint, & in ea perseverauerint: ut facile intelligatur, Apostolicos non ex sedis & loci, sed ex doctrinæ successione & perpetuitate estimandos esse. Itaque alio loco: *Hæreticorum doctrina, inquit, cum Apostolica comparata, ex diversitate & contrarietate sua pronuntiabit, neque Apostoli alicuius auctoris esse, neque Apostolici: quia, sicut Apostoli non diversa inter se docuissent, ita & Apostolici non contraria Apostolis edidissent: nisi illi qui ab Apostolis descivierunt, & aliter prædicauerunt.* En, ut aperte Tertullian. ostēdit, eos qui doctrinam cum Christianorum Symbolo pugnantem inducunt, Hæreticos propriè appellandos esse, quamuis se Apostolicos nominent: quandoquidem, inquit, ab Apostolis descivierunt: & (ut aliquantò antè dixit) ex suo arbitrio, id est, ingenio & cōmento, aliquid præter Sacram Scripturam affinxerunt. Animaduertendum prætereà, dici à Tertulliano Apostolicos non propriè ac præcipue qui Petro, sed generaliter qui alicui ex ipsis omnib. Coapostolis successerūt: neq; id præcisè: vt referri ad locū & ciuitatē certā oporteat: sed cōnexè, qui Apostolis in Christi doctrina per

manus tradenda successerunt. Ex quo Paparum  
impudentia perspicitur, qui non modò Aposto-  
lici nomen propriè ad Romanū Episcopū re-  
strinxerunt, verum etiam stolidis rebus nomen  
illud imposuerunt, veluti : Sedes apostolica, Le-  
gatus apostolicus, Nuntius apostolicus, Nota-  
rius apostolicus, Cancellaria apostolica, Pœni-  
tētia apostolica, Camera apostolica, Priuilegium  
apostolicum, Prouisio apostolica, Bulla aposto-  
lica: ut tandem aliquando (sit honos auribus) di-  
catur, Mulus apostolicus, Matellio apostolicus:  
& siquid eiusmodi. Verum ut ad institutum re-  
deamus, quò planiùs discrimen inter Hæreti-  
cum & Apostolicum intelligeretur, exemplum  
Tertullianus subiungit apertissimum, & valde  
ad id quod agimus accommodatum: *Paulus, in-*  
*quit, Timotheum instituens, nuptiarum interdictores*  
*inter hæreticos suggillat.* Quid ita, Tertulliane?  
Nempe, quoniam Apostolorum doctrinæ in-  
terdictum illud contrarium est: qui disertè do-  
cuerunt, matrimonium esse omnibus omnium  
generum atque ordinum hominibus, nō modò  
decorum, & honorabile, verum etiam plerumq;  
necessarium. Ex quo intelligitur, prohibitionem  
matrimonij non esse apostolicam, sed hæreticam:  
quoniam hæretici ex Tertulliani sententia de-  
finiuntur, qui doctrinam apostolorum scriptis  
contrariam inuechunt. Apostoli vero & Ortho-  
doxi, & Catholici, qui scriptis Apostolorū con-  
tentī, eos qui de his quicquā detrahunt, aut ali-  
quid affingūt, vna cū Apostolo execrātur. Porro  
huic

huic Hæretorum definitioni consentanea altera illa est, quam B. Augustinus tradit in lib. de utilitate credentia. *Hæreticus est inquiens, qui ob amorem lucri aut principatus nouas aut gignit, aut sequitur opiniones, vbi Principatum intelligit factionis & secessionis ab Ecclesia, cuius se Ducē ac Principem quasi sublato signo profitetur.* Et hac eadem mente Paulus Phileum & Hymenæū Hæreticos appellat, quod non modò à fide aberrassent, sed etiam quorundam fidem subuertissent: quos etiam alio loco πλανῶντας, οὐ πλανώμενος appellat: id est, errantes, & alios in errorem inducentes. 1. Timoth. 2.2. Tim. 3. Sed & Petrus hæreticos describens, ait eos leuum & infirmorum hominum mentes inescare. Item alio loco: *Inter vos, inquit, erunt falsi doctores, qui clam inducent hæreses, sine sectas exitiales.* 2. Pet. 2. Quantum autem ad formam declarandorum hæretorum attinet, Paulus eam his demonstrat verbis: *Hæreticum post unam & alteram admonitionem denita.* 1. Tim. 3. quam ad formam ille quoque ordo pertinet, quem Christus Math. 18. præscribit, ut apud Ecclesiam accusetur, & si se contumacem præbuerit, pro ethnico & profano habeatur. Et in hanc eandem sententiam videmus etiam Doctores scholasticos consentire in his Magistr. in 4. dist. 18. ca. 7. vbi sic scribit: *Excommunicationem fieri debere, cum quis secundum Canonicam disciplinam tertio vocatus ad emendationem manifeste delicti, & satisfacere vilipendens, sententia Ecclesia à loco orationis & sacramentorum communione, & si-*

delium consortio praeciditur ut erubescat, & pudore  
 sceleris conuersus pœniteat, vt spiritus eius saluus sit.  
 qui si pœnitentiam profitens resipuerit, negata com-  
 munioni admittitur, & Ecclesiae reconciliatur. Ex  
 quibus omnibus perspicue intelligitur, tres hæ-  
 reticorum esse notas, quibus ab orthodoxis in-  
 ternoscuntur: si quid à regula fidei alienum in  
 Ecclesiam inducant, si secessionem faciant, & si  
 solenniter admoniti contumaciter perseuerent.  
 Sed quoniam ad Regios Senatores Iuris peritos  
 magna ex parte hæc disputatio pertinet, non a-  
 lienum videtur, alteram ex Iustiniani libris Hæ-  
 reticorum definitionem proponere. Nam in  
 Nouel. 115. §. si quis, vbi inter legitimas liberorum  
 exheretandorum causas hæresim enumerat, Ju-  
 liano antecessore interprete hæc subiungit: Or-  
 thodoxos autem dicimus eos, qui communicant in sa-  
 crosancta Ecclesia Catholica, in quam omnes Patriar-  
 chæ una conspiratione & concordia colliguntur: &  
 quatuor sancta concilia prædicantur: Nicenum, Con-  
 stantinopolitanum, Ephesinum primum, & Chalce-  
 donense. Hæreticos autem dicimus eos, qui Catholi-  
 cis non communicant. His igitur ita constitutis, vi-  
 deamus nunc, quo iure supradicti Principes no-  
 stri à Papa Sixto V. pro hæreticis damnentur.  
 nam siue priorē, siue posteriorem definitionem  
 sequamur, supradicti Principes quanta maxima  
 possunt contentionе profitentur, ac prædicant.  
 Deumque & Angelos, atque omnes omniū or-  
 dinum ac generum homines, cœlum denique &  
 terram contestantur, se neque quicquam à regu-  
 la fidei

la fidei & usitato Christianorum Symbolo, neque ab illis antiquissimis quatuor conciliis alienum in Ecclesiam inuehere, sed eorum doctrinam & confessionem, qualis in Synodo Nicæna, Constantinopolitana, Ephesina, Chalcedonensi concepta est, ex animo amplecti, neque ab Athanasij formula, vel latum (ut dicitur) vnguem discedere. Profitentur præterea, se nullam ab iis Ecclesiis, quæ in illa fidei regula, & confessionum formula permanserunt (quales sunt illustris simorum & potèissimum Electorum, & Principum Augustanæ confessionis Ecclesiæ) secessionem fecisse, aut facere velle. Postremò nunquam usque adhuc ab ylla huius generis Ecclesia, quæ in Apostolorum doctrina perseverarit, admonitos, aut reprehensos fuisse. Quod si Parisiensis carnificinæ crux & cædibus infinitis adolescentiuli conterriti, Regisque potèissimi spectu ac presentia permoti, multis postremò militum armatorum gladiis circumueriti, ea que vel facere, vel pronuntiare iussi sunt, inuiti fecerunt, ac pronunciarunt, non hanc legitimam ac solenem, & qualè Christus instituit, Apostoli & Apostolici seruarunt, Ecclesiasticæ commonefactionis formam habendam esse: præserim cum aliquantò post, recuperata libertate, protestati sint, se, quicquid illius fecerant, in uitiose ac minis compulso fecisse: suèque illius infirmitatis veniam à Deo, & Christianis palam, pro concione, in Ecclesia reformata postularint. Ex contrario vero demonstrant, Papam Romanum iudicio maxi-

mæ partis Europæ, non modo inter hæreticos,  
sed etiam tanquam hæresiarcham, & factionis  
principem, auctorem, ducem damnatum esse.  
Primum quia fabulas impias, & blasphemias de-  
falsis monachorum miraculis, in Ecclesiam in-  
uexit, & traditiones ab illis quatuor antiquis  
conciliis alienissimas: quales superius protoli-  
mus de commentitio Purgatorio, de inuocatio-  
ne mortuorum, de veneratione imaginum, de  
quotidiana renouatione sacrificij Christi in mis-  
sa, de idololatrica panis & calicis veneracione, de  
prohibitione coniugij, de monachis Dominica-  
nis sub virginis Mariæ stola occulis, de pluri-  
bus & maioribus miracolis à Dominico & Fran-  
cisco factis quam aut à Christo, aut ipsius apo-  
stolis: quæ sunt blasphemiae adeò nefariae, scele-  
ratæ, atque impiaæ, ut illarum commemoratione  
piorum omnium animi cohorescaat. Deinde  
quoniam dominatus ac potentatus Regio in Ec-  
clesiam vniuersam arrogato, adhibitisque ad  
eum tuendum & ornandum administris & sa-  
tellitibus, satrapis, & Cardinalibus purpuratis,  
nouæ se factionis & Synagogæ ducem ac princi-  
pem professus est. Postremo quoniam quadri-  
gentis ab hinc annis continuis, omnium Chri-  
stianorum Principum precibus rogatus atque  
admonitus, ut emendationem & reformationem  
aliquam admitteret, superbè postulata & preces  
illorum repudiauit. Cuius rei, ne longius testi-  
monia petantur, patrum certè atque auorum  
nostrorum memoria testis esse poterit, ex conci-  
lio

lio Constantiensis, Basiliensis, Florentino, & Tridentino: in quo postremo, non modò falsæ & adulterinæ doctrinæ sublatæ non sunt, verum etiam magis ac magis confirmatae: ut iam dubium nemini esse possit, quin tres illæ notæ, quibus paulò ante dicebamus hereticum ab Orthodoxo internosci, euidentissime in Papa Romano apparet. Quæc cùm ita se habeant, satis iam perspicuum esse arbitramur, cuius momenti hæc apud Regis Galliæ consiliarios esse debeat Papæ Sixti accusatio, cui se maxima Europæ pars subscriptit. simul intelligitur, cuius auctoritatis esse apud eosdem debeat hæc ab illo contra Regem Navarrum & Principem Condæum instituta criminatio. Nam, ut illum suo etiam (ut dici solet) gladio ingulemis, ecce in ipsius Decret. 24. distin. i. multis passim testimoniis traditur, lapsum in hæresim non posse aliquem officio privare, vel sententia innodare: velut in c. acacius. Si ergo, episcopus, inquit, in hæresim iam damnatam lapsus est, antiqua excommunicatione damnatus, alios damnare non potest. Excommunicatus enim alios excommunicare non valet. Quod idem seq. confirmatur, hac subiecta ratione: *Ligandi namque vel solvendi potestas veris, non falsis sacerdotibus à Domino tradita est. &c. c. seq. Manet Petri privilegium, ubiqueque ex ipsius aequitate fertur iudicium.* Facit quod scribit Ias. in consil. 145. requisitus, num. 3. vol. 2. quod Papa non potest sine causa quemquam in dignitate constitutum deponere: quia potestas data Petro, ad pascendum oues Christi non

extenditur ad necandum eas. c. in nouo. 21. dist.  
 manet enim potentia Petri, dum vere iudicat, & clau-  
 nis non errat. d. c. manet. & c. hoc idē scribit Abb.  
 in c. vlt. col. pen. & vlt. de confirm. vtil. vel inut.  
 & in c. constitutus, col. 3. de religios. dom. & in  
 c. vlt. de postul. prælat. & in c. de multa, de præ-  
 bend. Planius etiam Ias. in consil. 95. requisitus,  
 vol. 4. Quando Papa, inquit, impetreretur de heresi,  
 cum ob hoc crimen possit deponi, c. si Papa, 40. dist.  
 per hoc desinat esse Papa, cum sit extra Ecclesiam  
 catholicam: iuxta not. per Innocent. in c. ex parte, de  
 verb. signif. & eodem modo quando Papa esset cri-  
 minosus notorius, & grauibus crimibus irreputus,  
 ita quod Ecclesiam scandalisaret, &c. Item col. 3.  
 Sed fortius tenuit glossa irrita, quam totus mundus  
 allegat in d. c. si Papa, quod etiam de alio crimen,  
 puta simonia, vel adulterii quod sit notorium, &  
 admonitus Papa est incorrigibilis, ita ut scandaliset Ec-  
 clesiam Dei, potest accusari cum habeatur pro heres-  
 tico: & sic Papa non solum pro causa heresis, sed e-  
 tiam pro quocunque alio crimen, in quo Papa com-  
 mittit excessum scandalisantem Ecclesiam, si sit no-  
 torium, & Papa sit incorrigibilis, potest accusari &  
 puniri: quia notoria inobedientia habetur pro heres-  
 tico. Vnde sicut Papa potest pro heresi accusari, & danari,  
 ita etiā pro quocunq; notorio crimen, in quo sit incor-  
 rigibilis. quinetiam Felin. in c. ego N. de iure iur. Pa-  
 pa non Canonice electus est diabolus, non habens cla-  
 ues regni celorum, sed inferni.

TER TIA

F U L M E N .  
T E R T I A N V L L I T A S <sup>179</sup>  
EX D F F E C T V O R D I N I S  
iudicialis.

VEniamus iam ad tertiam nullitatis causam,  
quam esse dicebamus, defectum formæ &  
ordinis iudicialis. Nam ut quondam ab Oratore  
summo dictum est, quid indignius, quam qui  
neq; adesse iussus sit, neq; citatus, neq; accusatus,  
de eius capite ac fortunis omnibus iudicare? De-  
monstratum est superius, formâ hanc atque ordinem  
ecclesiastici iudicij à Christo & ipsius Apostolis  
in hæreticis iudicandis institutum fuisse, primū  
ut aliquoties erroris sui cōuinceretur: tū, si mo-  
nitis Ecclesiæ non vnis, sed pluribus ac repeti-  
tis non patarent, sed ( vt Augustinus loquitur)  
contumaciter resisterent, atque in errore perse-  
uerarent, tūm, in hostium ac profanorum nu-  
mero haberentur. Monitionibus igitur opus est,  
& causæ cognitione solenni ac legitima Non  
ignorabat Deus, quid contra suum interdictum  
Adamus & Eva commisissent. euocauit tamen  
vtrunque, & quasi quæstionem causæque cog-  
nitionem instituit: ac tūm demum in illos con-  
victos sententiam pronuntiauit. Non ignorabat  
idem, seuerissimus flagitorum vindex Deus,  
quanto se scelere, & quam nefario Sodomitæ, &  
Gomorrhæi polluissent. Verū tamen ut mor-  
talibus jurisdictionem excentibus æquitatis  
exemplum præberer, causæ cognitionem suscep-  
pit, descensurumque se & cognitum dixit,

quod etiam Canonistæ multis verbis tradiderunt  
in 1.q.2. passim, sed præsertim in c. Deus omni-  
potens. Sed & eadem scriptura alio loco testa-  
tur, seniores populi Iudaici, qui ad radices mon-  
tis Sinai res iudicabant, non nisi utraq; parte au-  
dita, & causa utrinque perorata sententiam  
pronuntiasse. Quinetiam Iudei quamuis mali-  
tiose perniciem atque interitum Christo moli-  
rentur, tamen usitatum iudiciorum ordinem co-  
seruarunt, ut illum apud Caiapham Pontificem  
maximum & iudicem competentem reum face-  
rent: tum eundem comprehensum ad eiusdem  
Pontificis tribunal adducerent, simulque testes  
in suam accusationem producerent causa igitur  
utrinque dicta est: rogataeque confessorum  
sententiae: actum demum, ordine judiciali serua-  
to, pronuntiata condemnatio est. Sed quid opus  
est plura? cum in adulterio deprehensa mulier  
fuisset, ut scriptura loquitur, ἐπαυτωφόρω, neque  
quisquam esset, qui aduersus eam accusationem  
institueret, ac testes produceret, tum Christus,  
Nec ego, inquit, te non conuinctam damna-bo.  
Ioh. 8. Item alio loco: cum Iudei quodam die  
Christum inauditum condemnare vellent, tum  
eos Nicodemus his verbis increpuit: An lex no-  
stra ullum hominem condemnat, quin prius au-  
ditus sit, & de cius facto cognitum? Denique  
nihil est de quo veteres Christianorum patroni,  
in his Tertullianus, Arnobius, Augustinus, La-  
ctantius tam opere querantur, quam quodd ethni-  
ci Christianos inauditos, atque indicta causa

passim.

passim ac temere damnabant. At horum Ethnicorum temeritatem Papa Sixtus & eius assessores Cardinales in hac insanissima DECLARATIONE secuti sunt, cum supradictū Serenissim. Nauarræ Regem & Illustrissimum Principem Condæum, non dico inauditos, sed ne adesse quidem iussos aut citatos, barbara & cyclopica quadam arrogantia condemnantur. At enim dixerit fortasse quispiam, condemnati sunt illi Principes, non simpliciter tanquam hæretici, sed connexè tanquam hæretici notorij, & manifesti. Sic enim multis locis in illa furiali declaratione appellantur. Est autem inter Canonistas hoc ius receptum, ut in manifestis & notoriis criminibus accusatione, & ordine iudiciali opus non sit. c. manifesta, & ccc. seqq. 2. q. 1. Ex quo concludi volunt, cum supradicti Principes palam atque aperte se ab Romana sede descivisse profiteantur, nulla vel citatione, vel accusatione vel causæ cognitione ad eos condicandos opus fuisse. Sed facilis ad hanc obiectionē respōsio est: eaque triplex. prior est, quod Papa sumit pro cōcessō, quod ei à maxima Christianitatis parte fortiter negatur, religionē supradictorū principū ac tam multorū aliorum Regum ac procerū idē sentientiū esse hæreticā: ac prōinde absurdū esse, Notarios hæreticos appellari eos, qui ne hæretici quidem sunt. Altera responsio est, quod omnia illa Decreti Gratiani capita 1. q. 1. quæ obici nobis possent, nulla ex parte ad crimen hæresis pertinent: sed (ut Nicolaus Papa c. 16.

loquitur) ad opera carnis: quę (quemadmodum ex Apostolo eodem loco subiungit) manifesta sunt: veluti homicidium, latrociniū, stuprum, incestum, adulterium, & cætera consimilia. Neque omnibus illis locis vox vlla de hæresi criminē reperietur: quod crimen à carnis operibus, & cæteris maleficiis eo discrepat, quod in hæresi damnanda personæ correctio & emendatio quæritur: quam Paulus in circō ~~vnde~~ apellat, eodem ipso vocabulo, quo Plato eam castigationem nominat, quæ adhibetur emendi gratia. nam in reliquis pœnis non personæ delinquentis emendatio quæritur, sed aliis exēplū datur, ut homines cōsimilis pœnę metu à malicio deterreantur. Qua de caussa ~~et~~ ab eodem Platone nominatur. (Agell. 6. c. 4. & Plato in Gorgia.) Quamuis igitur quis in aliquo religionis articulo caliger, manifestò etiam erret, ac labatur, non tamen continuò vel ab Ecclesiæ communione arcendus est, vel in hostiū, atque (vt Augustinus loquitur) inimicorū exercitum numero habendus est. sed semel ac sēpius admonendus, castigandus, edocendus, neque prius à fidelium communione submouendus, quam se contumacem ac pertinacem ostēderit: atque (vt eiusdem Augustini verba usurpemus) contumaciter Ecclesiæ restiterit. Quare cū supradicti Principes, neque ullam doctrinam profiteantur, à fidei regula (vt superius diximus) alienam, sed quatuor superius à nobis nominata Conchia studiosissime amplectantur, neque ab illa

vlla Ecclesia Apostolica: que (vt Tertullianus definit) in Apostolorum doctrina perseverarit, sint reprehensi, neque se in discendo contumaces praebuerint. Sed si alicuius erroris concinatur, emendare parati sint: sine vlla cunctatione concludimus, Nullitatis caussa à nobis tertio loco propositæ abunde satisfactum fuisse. Quid multa? Nam etiam Canonistarum iure tota hæc Papæ Declaratio iniusta, & irrita esse concinatur: quādoquidem ubi vel non iusta ex caussa, vel non seruato iudicali ordine emissa excommunicationis maledictio, in caput maledicentis redūdere dicitur. De iniusta caussa testimonia extant ex scriptis Augustini in c. Temerarium, eod. ubi sic scribit. *Temerarium iudicium plerumque nihil nocet ei, de quo temere indicatur. ei autem quitemere indicat, ipsa temeritas necesse est noceat.* Item c. seq. *Quid obest homini quod ex illa tabula vult illum delere humana ignorantia, si de libro vincentium non deleat iniqua conscientia?* Senti de Augustino, quicquid libet. *Sola me in oculis Dei conscientia non accuset,* &c. Etsi, ex eodem Augustino hæc proferuntur. *Etsi ad tempus damnaris ab homine, aliud est sella terrena, aliud est tribunal caeleste: ab inferiori accipit sententiam, à superiori coronam.* Item in c. illud planè, ex eodem Augustino. *Illud planè, non temere dixerim, quod si quisquam fidelium fuerit anathematisatus iniuste, potius ei oberit qui facit, quam quod hanc patitur iniuriam.* Spiritus enim sanctus habens in sanctis, per quem quisque ligatur, aut solui-

tur, immeritam nulli ingerit pœnam. In ordine autem  
 iudiciali primò requiritur citatio, & citati con-  
 tumacia, II. q.3.c. Episcopi, c.nemo, c.certum, c.  
 ex parte, cap.cūm olim. De senten. excommun-  
 icatio, ut puta, inquit Hostiensis, si aliquis iussus vel mo-  
 nitus noluerit maleficium emēdare. Host. in Summ.  
 tit.de sent. excommunic. num.7. glos.in c.Statui-  
 mus.eod.tit.in vj. Requiritur præterea vt exco-  
 mmunicator, sit iudex competens: alioqui iudicis  
 incongrui excommunicatio nulla est. cap.ad no-  
 stram, De consuetud.vbi concord.in gloss. Ter-  
 tiò si excommunicatus legitimè appellauit, aut  
 appellationis loco idoneè sit protestatus. c.soleat,  
 & c.venerabilem, & c.per tuas.eod.tit.in vj. Nā  
 allegans sententiam nullam, quamvis non petat  
 se absoluī, sed.(vt in hac cauſa vſuerit) legiti-  
 mas nullitatis cauſas proferens præsertim tanto  
 numero, & tam legitimas, audiendus est: atque  
 interea sententia suspenditur: vt communiter  
 iidem Canonistæ tradunt.in d.c. per tuas, & in  
 d.c.soleat. Pari modo si sententia continet erro-  
 rem intolerabilem: vt per eosdē Canonistas in  
 d.c.soleat, & d.c.per tuas.velut in hac cauſa no-  
 stra, vbi Bulla Sixti Papæ manifestissimis errori-  
 bus cōuincitur: quemadmodū in postrema nul-  
 litatis cauſa demonstratū est. præsertim vbi sen-  
 tentia perspicuè continet errorem facti: vt no-  
 tat Ang.in Summ.contra glos.in d.cap.per tuas.  
 Nam sententia ex falsis allegationibus pronun-  
 tiata ipso iure nulla est: vt paulò antè copiosè  
 docuimus.

QVAR-

Q V A R T A N V L L I T A S E X  
F O R M U L A S E N T E N T I A E.

**S**uperest quarta nullitatis causa, ex stulta concepta sententiæ formula. nam, ut dici solet, stultitia sermonis, mentis stultitiam indicat. l. pen. D. de cond. & demonstr. l. i. §. pen. & vlt. D. de ædil. edict. Itaque Iudex ineptè, stultè & absurdè sententiam pronuntiás, stultus appellatur. l. vlt. C. de fideic. libert. qualem huc monachum Francisci Bernardonis discipulū, ex hac ipsius sententia & monachali bulla demonstrabimus. Sic enim exorditur: *Ab immensa aeterni regis potentia B. Petro eiusque successoribus tradita auctoritas, omnes terrenorum Regum & Principum supereminet Potestates. Ut sententias loquitur carnicex. At vetus Dialetticorum præceptum est, comparationes non nisi in rebus quæ generis eiusdem sunt, usurpari. Quid vero commune est inter auctoritatem Apoltolis tributam, quæ ad religionem & conscientias pertinet, & potestatem regibus concessam, quæ in ciuilibus & politicis rebus versatur? Itaque proinde Bardocuculus noster loquuntus est, quasi dixisset: Stultitia discipuli Bernardonis supereminet auriculas omnium onagrorum, qui sunt in Arcadia. Verum tamen ut serio aliquid respodeatur, prodeat hæc in medium conclusio. Non plus habet successor Iuris, quam quatum auctor laus habuit. Petrus non habuit auctoritatem supereminentem Potestates regum, sed iis tanquam superioribus*

parere iussus est. Ergo etiam si Papa esset Petri successor (quod superius falsum esse docuimus) tamen Regibus inferior parere illis deberet. Assumptio perspicua est ex illis verbis: *Omnis anima Potestatibus supereminētibus subiecta esto. Quisquis opponit se potestati, Dei ordinationi resistit: Rom. 13.* Suggere ipsis, ut se subjiciant Principatibus ac Potestatibus, ut obtemperent. *Tit. 3.* Subiecti estote cuius humana ordinationi, propter Dominū: sive Regi, ut qui superemineat: sive Praesidibus, ut qui per eum mittuntur. *I. Petr. 2.* Sed quid apud Papā Scripturæ sacrae auctoritas valebit? nam uno iam hoc verbo refelletur: *Constantinus omnia Papæ.* Occidentis regna donavit, statuitque ut Imperatores & Reges, ei in equum ascendi stram teneat, alleclas eidem se præbeat, denique ut humili prostrati, osculum ipsius pedibus ferat. Hæc est illa, quam hoc loco significat, Paparum superuenientia: qualis Dei sui Francisci, vel fuit quondam in terris, cum in medium aëris regionem sublatus familiariter cum Christo fabulabatur: unde frigoris illius vitandi caussa, cucullatum vestimentum induit: vel hodie est in cœlis, ubi super Chetubin sedere diuaticatus dicitur. Sed iam sequentia videamus: *Stabilis in petra consistens, nec collis aduersantibus, vel etiam secundis flatibus a recto cursu deflectit.* Ecquis autem audierat, vel auctoritatem in petra positam nauigate, vel nauem aliquam secundis flatibus a recto cursu deflecti? Verumtamen etsi unque nautis ista nauiget, superius demonstratum est, ei qui

qui se in eius puppi sedere, clauūmque tenere gloriabatur, ne in ira quidem sentina locum relictum esse. Consimile illud est quod sequitur: *Si quos ordinationi Dei resistentes inuenit, saeuore hos vindicta ulciscitur.* Quasi verò vel in vrbe Roma, quod flagitorum omnium domicilium est, nullis ordinationibus Dei resistatur: vel Papa vi-  
los istiusmodi resistentes saeuore vindicta, ulci-  
scatur. At Petrarcha Mantuanus, Sannazarius, &  
alij complures Itali Romam appellant scelerum  
omnium officinam, Babylonem, Sodomā, scho-  
lam errorum, templum hæresum, scortum per-  
frictæ frontis.

*I pudor in villas: si non patiuntur easdem  
Et ville vomicas. Roma est iam tota lupanar.  
Inquit Mantuanus: Item alio loco:*

*Venalia Rome*

*Templa, sacerdotes, altaria, sacra, corona.*

*Ignis, thura, preces, cælum est venale, Deusque,  
Item Albericus Rosat. in verbo Roma:*

*Curia Romanæ non petit ouem sine lana,*

*Dantes exaudit: non dantibus hostia claudit,*

Item B. Bernardus lib. quarto de consid. ad Eu-  
genium Papam, cap. I. *Quem dabis mihi de tota  
maxima vrbe, qui te in Papam receperit, pretio sen-  
tæ pretij non interueniente? Hi inuisi terre & caelo,  
utrique inieccere manus: impij in Deum: temerarij in  
sancta: sed itiosi in inuicem.* Item Petrarcha in Epi-  
stol. *Quicquid de Assyria, vel Ægyptia, Babylone,  
quicquid de Labyrinthis, quicquid denique de A-  
uerni limine, deque Tartareis syllis sulphuribus le-*

gitur, huic Tartaro admotum fabula est. Hic turrificus simul & terrificus Nilmod. hic Pharetrata Semiramis. hic inexorabilis Minos. hic Rhadamanthus. hic Cerberus, vniuersa deuorans. Hic Tauro supposita Pasiphae, mixtumque genus, quod Maro ait, prolesque biformis, Minotaurus inest Veneris monumenta nefanda. Hic postremo quicquid confusum, quicquid atrum, quicquid horribile usquam est aut singitur, assicias: & ut breuiter dicam, seclerum ac dedecorum omnium sentina. Quid ad haec Papa noster? Audiamus elogium urbis Romae ex cap. fundamenta 17. de elect. in vj. Roma, inquit, est gens sancta, populus electus, ciuitas sacerdotalis, regia, per sacram B. Petri sedem caput totius orbis effecta. Ecquod fuit vñquam tam perficta fronte prostibulum, cuius ex ore dictum impudenter prodierit? aut quid de monacho Bernardonico nostro dicemus, qui quæ trans-Alpes sunt, curat: quæ domi geruntur negligit: cum Paulus statuerit, ne qui familiam suam regere non potest, ei regimen Ecclesiæ committatur. Sequitur. Quamvis potentiores de solio deiiciens, velut superbientis Luciferi ministros ad infima terræ deturbatos prostermit. Quam amenter monachus temulentus incurrit in locum Isaiæ ex cap. 14. qui propriè in Papas Romanos, & vniuersales Ecclesiæ sacerdotes conuenit? Nam Grégorius Magnus dilucide testatur, sub persona Nabuchadnosoris Papam vniuersale describi. Inducuntur quippe in inferis Reges & Principes damnati, quasi post Papæ mortem ad se venienti gratulan-  
di caus-

di causa obuiam procedentes, eique sic illudentes: *Infernus expauit propter te in occursum aduentus tui, exurgunt tibi mortui omnes Principes terre.* Exsurgunt ex Solis suis omnes reges gentium. iisque his affantur verbis: *Etiamne tu infirmatus es, sicut nos, & nobis similis factus es?* Detracta est ad inferos superbia tua. Quando cecisti de caelo Lucifer, fili Aurora & succisus es ad terram, qui territat as gentes? At tu dicebas in corde tuo, *Cœlum ascendam: super stellas cœli exaltabo solium meum. ascendam super altitudinem nubis, & similis sum altissimo.* Qui te videbunt, dicent, *Num hic est qui conturbabat terram, & concutiebat regna?* Nunc Gregorium audiamus ex lib. 4. epist. cap. 82. ubi locum illum Isaiae ad eum quicunque Papam & Episcopum vniuersalem profitebatur, accommodans, *Ascendam, inquit, super altitudinem nubium: similis ero Altissimo.* Quid enim fratres tui omnes vniuersalis Ecclesiæ Episcopi, nisi astra cœli sunt? quibus dum cupis temetipsum vocabulo elationis præponere, eorumque nomen tui comparatione calcare, quid aliud dicas, nisi, *In cœlum ascendam: super astra cœli exaltabo solium meum?* quos dum vœstra fraternitas despiciens sub se premeretur conatur, quid aliud dicit, nisi hoc quod ab antiquo hoste dicitur, *Ascendam super altitudinem nubium?* Que cuncta ego cum flens respicio, &c. Quibus ex verbis intelligitur, locum Isaiae de Lucifero in insima terræ præcipitato, & eius ferocitate in inferos depressa, non ad Serenissimum Regem Nauarrenum (quo nihil mansuetius, nihil cle-

mentius sol intuetur) sed ad Polyphemum nostrum Sixtum quintum, & eius in concalcanda Regum maiestate superbiam pertinere. Quod si suo Cyclops ille gladio iuguládus est, ecce text. in suo Decreto dilucidum, de pœnit. distinct. 2. §. qui verò reprobi, vbi scriptum ita est: Lucifer dum de se superbiendo præsumpsit, ex Paradiso deieclus est in infernum. Item 23. q. 5. §. hinc notandum: *N*abuchodnosor dum in corde suo superbiendo diceret, *N*onne hac est Babylon, quam ego condidi, &c. statim mutauit Deus rationabilem eius mentem, & immutauit eum in formam bestialitatis, ut ab hominibus fugiens cum bestijs vineret. Quæ verba commemorat, ad Papam ea referens, (quod summè notari volumus) & laudat Ludouic. Roman. in consil. vlt. num. 2. Sed iam ad reliqua pertuta commemoratio est, illud ex libri Conformatum fol. 38. ascripserimus: *F*rater Pacificus raptus in cælum, sine corpore, sine extra corpore, Deus nouit (considerent lectores quām impie verba Pauli nefarius monachus irrideat) & vidit in cælo multas sedes, inter quas unam vidit eminentiorem alijs, ornatam lapide pretioso. Et audiuit vocem dicentem sibi, *H*ac sedes fuit Luciferi, & loco eius sedebit humilis Franciscus. Atque hoc nimirum est, quod superius diximus, Franciscum Bernardonem vna cum ceteris suis histrionibus & comicis locum apud Luciferi regnum habitum: ut non magnopere querendum sit, utri dignior sella debeatur, Francisco aut Papæ Sexto quinto,

quinto, Franciscanici ordinis antistici. Sequitur  
in Bulla : *Pro incumbenti nobis Ecclesiarum om-  
nium, populorum, ac gentium sollicitudine.* Papæ !  
quantum in se Pantocucullus noster onus suscep-  
pit, cùm & Ecclesiatum omnium & populorum  
ac gentium cutam ac sollicitudinem in suos hu-  
meros sustulit? deinceps mirari desinemus, quid  
sit, quod Pictores in ipsius imagine nitentis for-  
mam effinxerint. Vix Atlas, quem suis humeris  
cœlum sustinuisse fabulantur, grauius in sece o-  
nus susceperebat. Quid igitur nobis fiet, si Papa  
sub onere isto tanto, quod sibi vni incumbere  
queritur, labascere ac succubere incipiat? quam  
agritudinis caussam melancholico cuidam fuis-  
se aiunt, metuenti assidue ne Atlas, qui tandem  
tantum onus sustinuerat, aliquando succumbe-  
ret. Sed inuitat nos Guillelmi Budæi viri, non mi-  
nus (vt iam ante dixi,) patriæ amantis, quam e-  
ruditi de his Atlantibus facetam quandam nar-  
rationem, hoc loco proponere, ex ipsius quinto  
de Aſſe libro : *Concionator quidam perlepidus, in-  
quit, & facetus cauillari, non ita pridem in eos sole-  
bat, ut diceret eos sibi tales videri, quales sunt in æ-  
dibis sacris mutulares statuae, que pilis aut columnis  
impomuntur. Ut enim illa simulachra quedam veluti  
oneri cedentia videmus, que vel mutulorum vicem  
sustinent, vel extra abacos mutulorum porrecta sunt,  
et quoque speciem intuenti præbent, ut magnopere nisi  
operi ferundo atque infudare videantur: cùm renera  
sensu sint carentia: ac nihil ipsa facie nitentium fa-  
xeam adiuvent firmitatem: ita Atlantes istos san-*

Eos summis scapis columnarum in fano Domini superpositos, fabulosa quidem illa amplitudine, appellatio nümque maiestate venerandorum senum instat, sancti atque praeservare, moris est, speciemque luculentam præbere grauissimorum P̄airum, sanctuarium Domini fulcientium: stupidam autem eorum ignorantiam, aut incuriam dissolutam intuentibus patere, eos nibilo utiliores statuis lapideis esse. Hæc Budæus. Sed ne illud quidem prætermittendum videtur, quod Antoninus Archiepisc. Florent. quem superius aliquoties commemorauimus, nos docuit, cum oneri tanto Papa iampridem succumbere cœpisset, repertos esse, qui eum labentem suis humeris fulcirent, nempe Monachos Dominicanos. Nam Historiar. part. 3. ut 23. §. 3. fol. 191. sic scribit: Dominicus Papam Innocentium adiit, & ab eo petiit, ut suum prædicatorium ordinem confirmaret. Papa primitus se difficilem exhibuit. at nocte quadam Deo sibi revelante, vidit in somnis quod Lateranensis Ecclesia quasi suis compagibus resoluta, grauem subito minaretur ruinam, quod cum tremens simul ac morens aspiceret, ex aduerso vir Dei dominicus occurrebat, qui humeris suppositis, totam illam casuram fabricam sustentabat: cuius quidem visionis & nouitatem admirans & significationem prudenter intelligens, dominici petitionem hilariter acceptauit: anno Domini CIO C C X. Hæc ille. Sed quid si etiam Dominicanii, qui annos iam amplius trecentos suis humeris ruentem Papatum sustinuerunt, ipsi quoque labescere ac debilitari cœperint? Reperiunt est alterum

terum columen subsidiarium. Nam Iesuitæ nuper exorti sunt, qui defessis Dominicanis integri acrecentes succurrerent. Ita res (ut in vetere proverbio est) ad triarios rediit. quibus iam debilitatis Papa summæ rei diffisus, ad hoc brutum excommunicationum fulmen descendit. Sequitur in bulla: *Vt non solum F A M V L A T V S nostri, sed etiam omnia futura tempora cunctis Christiani orbis partibus pacem afferant.* De hoc F A M V L A T V S genere superius dictum est. quod in eo versari docuimus, ut Reges & Imperatores Papæ ex equo descendantī strepam teneant, ut eidem in oppida ingredienti seruilem pedissequi operam præstent: ut eidem in regali solio considen-  
ti venerationem & cultum diuinum præbeant:  
solōque prostrati, & ad pedes ipsius iacentes, ad  
testificandam seruitutem calceis ipsius osculum  
ferant. Sed quid hoc verbi est: *Hoc tempore dam-  
namus Hæreticos, ut futura tempora orbi Christiano  
pacem afferant?* Nunquid nisi pransus, potus, e-  
brius Sixtus noster fuisset, scripturus potius fue-  
rat, *Vt futuris temporibus orbi Christiano pacem af-  
feramus?* Sed pergamus ad reliqua huius Bullæ  
oracula. Sic enim subiungit: *In Galliæ regno Chri-  
stiana religio omni tempore viguit, tantaque regum  
illorum pietas, fides, ac deuotio fuit, tot in Romanam  
Ecclesiam merita, ut Christianissimorum cognomen  
ab ea sint consecuti.* Si omni tempore religio Chri-  
stiana à Regibus Gallorum tantopere culta est,  
quid ita tot Papæ, tot Gallorum Reges toties  
suis istis insanissimis execrationibus & proscri-

ptionibus incesserunt. Merces scilicet hæc fuit & gratia, quam Papæ pro tantis Gallorum Regum in se & sedem suam meritis ipsis retulerunt. Nam quicquid potentiae Pontifices obtinent, id omne ex Gallorum Regum beneficiis & largitionibus immensis eos consecutos constat, ac præcipue Regis Pipini & Caroli Magni, & Ludouici cognomento Pij: ut superius demonstratum est. Sequitur, *Armanostra*, quæ non carnalia sunt in duos IRÆ FILIOS Henricum quondam Regem Navarrum, & Henricum olim Principem Condensem exercere compellimur. Carnalia certè Paparum arma non esse, sed ferrea, & (ut Bonifacius octauus loquitur) materialia, si quis ex Iulij secundi gladio, quem superius commemorauimus, non meminit, at ex his eiusdem Bonifacij verbis cognoscet: in c.vnam sanctam, Extrauag.de maiorit.& obed. Certè, inquit, qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, male verbum Domini attendit proferentis, Conuerte gladium tuum in vaginam. uterque ergo gladius est in potestate Ecclesiæ: spiritualis scilicet gladius & materialis. Ecquis Sannio magis ridiculus in comœdia vlla fuit quam Bonifacius, qui gladium Petri, quem piscator forte tūm ad zonam alligatum gerebat, dicit eiusmodi gladium fuisse, qualem Paulus scribit à Deo tributum esse magistratibus, ut in facinorosos & damnatos animaduertant: præterea quanta ista est stoliditas, ex eo quod Christus vetat Petrum uti suo gladio, eumque iubet districturn ab se gladium in vagi-

in vaginam recondere, hoc modo argumentari: Licere ergo Papis vti gladio materiali? Videat igitur Sixtus noster, qua ratione ab ista sese extricet repugnantia: Paparum arma non esse carnalia, & Papā habere ius gladij temporalis, materialis, ferrei. Arma Paparum nō esse ferrea, sed Regem Galliæ à Papa iuberi ferro, armis & castis Nauarrum Regem agnatū suum proximum insectari: & hanc suam sententiam sic exequi, ut incendiis & cædibus vniuersa Gallia compleatur. Nam hoc illud est, quod eodem loco Bonifacius scribit: *Spiritualēm gladium ab Ecclesia, temporalem pro Ecclesia exerceri illum Sacerdotis, hunc manu Regum & militum, sed ad nutum & patientiam Sacerdotis.* Hæc sunt totidem literis exscripta Bonifacij Papæ verba ex d.c.j. de maiorit. & & obed. ne quis forte dubitet, quin Reges ad nutum Papæ, tanquam gladiatores ad nutum Lanistæ, parati in armis esse debeant, & eadem ad eiusdem nutum deponere: ne cui inquam, dubium sit, quin crudelissimus & immanissimus Tyrannus Papa Sixtus V, qui hoc loco Nauarrum Regem & Condæum Principem nouo & inaudito contumeliæ genere, *I R A E F I L I O S* appellat, Gallis omnibus, gladios, incendia, cruciatus, tormenta, pestem, perniciem, exitium denuntiet. Omnes quidem iræ filij natura sumus: ut ait Paulus Rom. 3. & Ephes. 2. Sed Papa iræ filius est iudicio, malitia, & voluntate. Sed quid illud est, quod identidem in hac Bulla inculcat: *QVONDAM REGEM?* Posterius de regno

videbimus. Sed quo iure Henricus noster Regis  
nomen amisit? an quo Scarabeus Francisci Ber-  
nardonis discipulus in hac Bulla sese Monarchā  
ecclesiæ appellat? Væ tuo capiti, trifurcifer ex-  
crande, & Antichriste sacerrimè. Tu D E V M te  
appellari gloriaris, & gaudes: ut superius de-  
monstrauimus. Tu Imperatores & Reges man-  
cipiorum habes loco: tibi diuinos honores ab  
iis præberi postulas. An si quis seruilem istam  
idololatriam tibi deneget, Regis aut Principis  
nomen amittet? Audiamus quantopere hunc  
Antichristum B. Bernardus detestetur in sermo-  
ne sexto, ad Psal. cx ci. *Ipsa quoque, inquit, Eccle-  
siæ sacræ dignitatis officia, in turpem quæstum & te-  
nebrarum negotium transfiuere. nec in his salus ani-  
marum, sed luxus queritur diuitiarum.* Propter hoc  
rundentur, propter hoc frequentant Ecclesias, missas  
celebrant, Psalmos decantant. Pro episcopatibus,  
archidiaconatibus, abbatiis, aliisque dignitatibus im-  
pudenter hodie decertatur, ut Ecclesiarum redditus in  
superfluitatis & vanitatis usus dissipentur. Superest  
ut releuetur homo peccati, filius perditionis, demo-  
nium non modo diurnum, sed & meridianum, quod  
non solum transfiguratur in Angelum lucis, sed ex-  
tollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod co-  
litur. Quibus verbis Sixtus noster non H E R I aut  
QVONDAM aut O L I M Antichristus esse ostendit-  
tur, sed H O D I E, cras, perendie, & quandiu occu-  
patam in Ecclesia Dei tyrannidem impiè ac sce-  
leratè retinebit. Sequitur in Bulla: *Errores & ha-  
ereses ab inouente adolescentia secutus est, quoad mul-  
torum*

torum hortationibus ad Ecclesiam Romanam (ut existimabatur) conuersus, hæreses omnes Parisis in Ecclesia publicè abiurauit. Quid hoc verbi est, Ab ineunte adolescentia? cum illam religionem fere ab incunabulis ac prope cum lacte imbibitur, quam hic noster Carnifex Hæresim appellare audet. Sed illud multo absurdius, Qui falso ab hæresibus conuersus existimabatur, eas hæreses damnauit. Nam qui falsò existimatur conuersus, quomodo dici potest priorem sententiam mutasse? Quod vero de abiuratione Bardocucullus noster fabulatur, paulo planius explicandum est.

Adolescentulus vix annos vnde viginti natus hospitio à rege affine suo exceptus multò ante lucem, è geniali thoro euocatus, inter cruentos ac madentes sanguine gladios adductus, quæ facere ac pronuntiare iussus est, tremebundus ac gemens fecit, ac pronuntiauit: quæ Papæ Gregorio per legatos nuntiare iussus est, nuntiauit. Ecqua vñquam in Barbaria ius illud receptum fuit, vt quæ hoc modo gesta essent, vel rata & firma haberentur, vel ex animi sententia gesta esse credentur? Vetus illud est Doctoris Baldi, & verū, Spiritus sanctus posuit in ore Pratoris, Quod metu gestum est, ratum non habeo: Item illud, Presentia & multò magis comminatio Principis & potentioris inducit verum metum. Hæc Angel. in cōsil. 223. Et rursus in consil. 378. Abb. Sicul. in cōsil. 3. vol. 2. Itaque Scriptura sacra testatur, Petrum Apostolum mulierculæ voce territum, etiam cum e-

xecratione Deum abnegasse: sed cùm id metu ac  
terrore factum esse constaret , facile veniam ab  
eodem impetrasse. Canonistar narrant, Marcelli-  
num Papam Paganorum terrore permotum in  
idolorum sacrificiis thura incendisse : sed tamen  
facti ac sceleris illum sui postea pœnituisse: cap.  
nunc autem, distinet. 21. Cur in Papa, qui se Chri-  
stianæ religionis columen profitetur, terrore ge-  
stum excusabitur: in adolescentे cruentis & stil-  
lantibus sanguine gladiis circumuento ratū ha-  
beri oportebit? Sequitur in Bulla: *Idem Gregorius*  
*literis Regis Navarra, utpote Regis, fidem habens,*  
*eum à censuris incursis absoluit, omni inhabilitate*  
*ab eo sublata.* Pondus esse Papa voluit in his ver-  
bis: *Vt pote regis: quasi firmissima debeat esse re-*  
*giatum literarum, diplomatum & edictorum au-*  
*ctoritas.* *Quo loco primū ex illo scire cupi-*  
*mus, sempérne auctor ac suasor fuerit, vt sua rei*  
*sempiterna manebit apud nationes ac gentes or-*  
*bis terrarum omnes, memoria dicam, an infamia*  
*fœdissima?* Sed cùm Gregorius XIII , tantus  
Juris Doctor ac professor fuisse dicatur, an non  
meminisse debuerat, nullam literis, & instrumē-  
tis, vi ac metu extortis auctoritatē tribui ope-  
rare? Lsi donationis, 7. C. de his quæ vi aut met-  
causs. l. interpolatas. 13. C. de trans. Sequitur: *Di-*  
*spensauit ut non obstantibus impedimentis tertii &*  
*aliorum forsan inter eos graduum consanguinitatis*  
*matrimonium inter se contrahere possent, prout in*  
*facie Ecclesia contrarerunt. Vix dici potest, quam*  
multa

multa in his paucis verbis stultitiae & fatuitatis  
 Papalis signa appareant. Primum est in eo quod  
 ait, matrimonium Regis Navarri suo concessum  
 ac dispensatione contractum fuisse post abiura-  
 tionem religionis ab eodem Rege factam. Re-  
 deamus ad Ephemerides. Cardinalis Borbonius  
 eiusdem Regis patruus, anno 1572, decimo septi-  
 mo die mensis Augusti, post missam in summo  
 Parisiensi templo, summa cum pompa & solen-  
 nitate, hora tamen post meridiem quarta missi-  
 ficatam, matrimonium illud in Regis Gallie Ca-  
 roli noni, duorumque ipsius fratrum conspectu,  
 summique principum frequentia celebravit. Se-  
 quuta est carnisicina Parisiensis festo Bartholo-  
 maei die, hoc est, eiusdem Augusti mensis die  
 xxiv. Abiuratio vero à Rege Navarro complu-  
 tribus post diebus facta est. Dixerit fortasse quis-  
 piam: At post illam abiurationem dispensatio Pa-  
 pa Gregorij, postulatu Cardinalis Borbonij al-  
 lata est. Vtrum igitur allata est, ut contrahere ma-  
 trimonium licet, quod tanto ante contractum  
 & consummatum fuerat: an vero, ut prius non  
 irre contractum nunc auctoritate, & dispensa-  
 tione Papae confirmaretur? Si ut contrahere li-  
 ceteret, maior Papae potestas est, quam quantam  
 & Theologi, & Philosophi, & Iurisconsulti om-  
 ni potenti Deo tribuunt, ut preteritamutari pos-  
 sint, ut quod factum est infectum reddatur: au-  
 storibus Augustino libr. aduersus Faustum 25.  
 Platone lib. de Legibus. ij. Aristot. moral. ad Ni-  
 comach. 6. c. 2. Nouel. de æ qualit. dot. §. i. l. in bcl.

lo, 12. §. facta. D. de captu. l. verba, C. de testam. l.  
verūm. D. de reg. iur. *Audacter dicam*, inquit Hiero-  
nymus, *cum omnia possit Deus, tamē suscitare vir-*  
*ginem non potest post ruinam.* c. si Paulus, 32. quæst.  
§. Maior igitur, vt dixi, Papæ, quām Deo, potestas  
tribuitur: qui matrimonium iam contractū, per-  
fectum, celebratum, consummatum, facit tamen  
vt neque contractum, neque celebratum fuerit.  
Sin autem Papa dispensauit, vt matrimonium  
nēfarium & contra leges Ecclesiæ contractum,  
celebratum, & consummatum, accidente sua au-  
toritate ratū haberetur: videamus, ne atrocis-  
simi sceleris potentissimum Galliæ Regem, & il-  
lustrissimos ipsius fratres, & Reginam ipsorum  
matrem condemnent: quibus auspicibus, auctori-  
bus, suasoribus, matrimonium illud contractū  
fuerat. Damnat præterea Principes regij sanguini-  
nis omnes, & summos quoq; regni Gallici pro-  
ceres, qui & illi contractui, & missæ quarta post  
meridiem hora missificatæ interfuerunt, suaque  
præsentia festiuitatem illius matrimonij coho-  
nestarunt. Sed Papa his verbis neminem atque  
vehementer atque acriter vulnerat, vt supradi-  
ctum illustrissimum Principem Cardinalē Bor-  
bonum: quem ait, matrimonium illud inter suū  
ex fratre nepotem & Regis Galliæ sororem, cō-  
tra sacros Canones celebrasse: vt omittā Episco-  
pum, qui missam illam in summo Parisiēsi tem-  
plo, tanta cum solennitate occentauit: Diaconū,  
& Subdiaconum qui succentarunt: Canonicos  
eiusdem templi, & ceteros symphoniacos atque  
organistas

organistas omnes qui cōcentarunt: quos omnes,  
si nefarium & incestum illud erat matrimoniū,  
vel excommunicare Papa debuit, vel certē ab  
incursis (vt ipse loquitur) censuris & p̄enis ab-  
soluere. Ecquis est qui barbaram & immanem  
istam arrogantiam ferat, vt Francisci Bernardo-  
ni discipulus Regem, quem ipse Christianissi-  
mum ab se appellatum gloriatur, tanti sceleris  
damnare audeat: ac dicere, illum incestas ac ne-  
farias sororis & agnati sui nuptias conciliaſſe? Iā  
verò quis est in tanto Cardinalium numero, qui  
hanc superioris Papæ Gregorij memoriae con-  
tumeliam æquo animo fieri ab isto Bernardoni-  
co patiatur, vt eum dicat sorori Regis Christia-  
nissimi veniam dedisse contrahendi cum hereti-  
co notorio matrimonij: hæretico potestatem il-  
lam aut non fecisse, aut non nisi post abiuratio-  
nem fecisse? An non his verbis perspicuè defun-  
cto Gregorio illudit: quasi fuerit alter Celesti-  
nus Papa, quem Ioan. Andreas, Baldus, Iason, &  
alij scribunt fuisse vnum pecus, in eo quod de-  
mande faciebat gratiam, & de sero reuocabat: vn-  
de Cardinales, licet scirent quòd per fatuitatem  
renuntiarat Papatui, tamen quia erat vnum pe-  
cus, lubenter acceptarunt renuntiationem: &  
creauerunt Bonifacium octauum, qui depingi-  
tur vulpes in ingressu, leo in accubitu, & canis  
in occasu. Hæc totidem verbis Bal. in c. i. De na-  
tur. feud. Ias. in consil. 145. circa primam, num. 2.  
vol. 2. Quòd si proprius accedendum est, Ecquid  
tandem Excucullatus noster, de vetere illa & fa-

mosa Paparum contentione statuet, quorum alter, nimirum Celestinus tertius, potestatem fecit coniugi, nouum matrimonium contrahendi, si alter in heresim lapsus esset: alter, nimirum Innocentius tertius, non concedit? c. quanto, Extr. de diuort. Sed fanaticus impudens respondebit primùm, id, quod supra diximus, raro reperiri monachos, qui sint boni Canonistæ: deinde quāuis Papa Bonifacius octauus dixerit, Papas iura omnia in scrinio pectoris continere: c. i, de cōstitut. lib. 6. non tamen minus verè Baldum subiūxisse, quod licet Papa, ex eo quod est Papa, est Doctor utriusque iuris, tamen plerūque est Doctor auctoritate, sed non scientia: vt dicit Ialon in l. præscriptione, col. 2. C. si contra ius vel vtil. publ. Prima igitur huius articuli stultitia ex eo demonstrata sit, quod Papa dicere ausus est, nefarium matrimonium voluntate, studio & auctoritate Regum & Reginæ ipsorum matris contractum fuisse. Secunda ex ipso intelligitur quod scribit se dispensasse, vt matrimonium illud propter præcedentem abiurationem contraheretur, quod erat tanto ante illam peractum. Tertia ex eo, quod ait semel contractum matrimonium ut iterum contraheretur dispensasse: proinde quasi actus legitimi, quale matrimoniu[m] esse cōstat, iterentur. Nam quod de secundo cōsanguinitatis gradu subiungit, hoc quale sit, posterius magis idoneo loco demonstrabimus. Deinceps alia videamus. Misit Iohannem Duratij Dominum, oratorem suum, qui de pœnitentia & conuersione

conuersione in sedis Apostolice conspectu sponderet. Qua ex officina literæ prodierunt, ex eadem legatus ille profectus est: nimirum ab iis qui capto & armis territo adolescenti mortem, nisi dicto pareret, minabantur. Sed quod tādem istud enigmatis videtur genus, In conspectu sedis Apostolice? Vtrum illò sedes aliqua conspicatrix, & oculata delata est, an illa quam Papæ ipsi in libro Pontificali Stercorarium, alij Testiculatricem appellant, ex qua de inauguati Papæ, vel habilitate vel inhabilitate pronuntiatur? Et sane iuuat nos ioculare illud de Stercoraria sede acroama recitare, ex lib.Ceremon.Pontifical.i. section.2. c.3. Pontifex creatus ducitur à priore & Canonicis Ecclesie Lateranensis ad marmoream sedem, qua STERCORARIA appellatur, & ibi eū sedere faciunt: qui ita tamen sedet, ut magis iacere videatur: ad quem mox accedentes Cardinales eleuāt eū honorifice, dicētes: Suscitat de puluere egenū: & de stercore erigit pauperem: vt sedeat cum principibus, & solum gloria teneat. Tum surgens Pontifex accipit de gremio Camerarij sibi assidentis, quantum pugno potest complecti pecuniarum, vbi tamen nihil prorsus sit argenti, aut auri, & spargit inter populum, dicens: Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do. Vtrum hæc risu expienda Paparum stultitia videtur, an potius exēranda profanandi verbi Dei consuetudo? Sed pergamus in Bulla. fortasse stultiora reperiemus. Sequitur: Sed ille ut erat vario & inconstanti animo, paulò post à Catholica fide & debita

*erga sedem Apostolicam obedientia defecit.* Vtrum igitur hęc stultitia an potius infania dicenda est? Rex Nauarrus falso existimatus est, ad sedis Romanę obedientiā rediisse: & idem inconstāti animo ab eadem defecit. Imo verò summa & planè singularis apparuit in tali adolescente cōstantia, qui dies ac noctes armatis hominibus curcuncessus, tamen fugiendi facultatem assiduc captavit, ut quod vi metūque coactus gesserat, liber & solutus destaretur. Sequitur: *Sepius hēreticos perduelles & seditiosos ad arma contra Regem Christianissimum aduersus ipsum, & reliquos catholicos concitauit.* Latinitas ista Papalis cum reliquis ipsius argutiis consentanea est. *Rex Nauarrus concitauit hēreticos contra Regem Christianissimum, aduersus ipsum & reliquos Catholicos.* Sed sententiam potius attendamus. Non enim contra, nec aduersus Regem Christianissimum arma vñquam Rex Nauarrus cæpit: sed aduersus Papæ coniuratos, & Papalis tyranidis socios, adiutores, ministros: periuriorū denique ac perfidiarum auctores: quemadmodum Rex ipse quā plurimis edictis Pacificatoriis planissimè testatus est. Itaque nefariam hoc loco Protocucullus noster potentissimis Galliae regibus iniuriam facit: cūm eorum Maiestatem mendacij arguere ausus est: à quibus toties in edictis Pacificatoriis declaratum est, bellum à Nauarrenis & Conidianis non aduersus se, sed pro sua dignitate & statu suo conseruando suscepsum fuisse. Sequitur, *Cines & incolas ad eandē impietatem capessendam*

dam minis verberibusque coegit. Capessere impie-  
tatem, genus est eloquentiae Papalis. Coactum  
autem quenquam hisce viginti annis ad muta-  
dam religionem, vel à Nauarrenis, vel Condia-  
nis fuisse, tam verum est, quam certum & explo-  
ratum, nullum vñquam in lupanaribus vrbis  
Romæ prostibulum impudentius Sexto quinto  
in profundendis mendaciis fuisse. Quanquam  
bene habet, & est huic Papæ habenda gratia,  
quod eos accusat, à quibus miseri captiui minis  
& verberibus ad mutandam religionem adiun-  
tur. Nam, ut verissimè Lactantius scripsit, religio  
cogi non potest: verbis potius quam verberi-  
bus res agenda est. Sed quoniam Lactantius il-  
lo loco ita disputat, ut de industria & Nauarri  
Regis, & Gallicarū Ecclesiarum causam agere  
videatur, operæ pretium est illum differentem  
audire. *Aduersarij, inquit, singunt se hominibus piis  
consulere, & illos ab bonam mentem velle reuocare.*  
*N*um igitur hoc sermone, aut, aliqua ratione reddi-  
ta facere nituntur? minime: sed vi atque tormentis,  
ô mira & ceca dementia! in iis putatur mala mens  
esse, qui fidem seruare conantur: in carnificibus au-  
tem bona, in iisne mala mens est qui contra ins hu-  
manitatis, contra fas omne lacerantur? an potius in  
iis, qui ea faciunt in corporibus innocētium, que, nec  
seuissimi latrones, nec iratissimi hostes, nec immanis-  
simi barbari, aliquando fecerunt? Et mox: *Et quo-  
niam vi nihil possunt (augetur enim religio Dei  
quanto magis premitur) ratione potius & hortame-  
tis agant: Procedant in medium Pontifices, qui que*

sunt sacerdotes, & Antistites religionum. Connocet nos ad concionem: (Postulata haec sunt Regis Nauarræ quotidiana, & saepe Gallorum Regi dela-  
ta) Distringuant aciem ingeniorum suorum: si ratio-  
eorum vera est, afferatur: parati sumus audire si do-  
ceant. tacentibus certe nihil credimus, sicut ne sa-  
uentibus quidem cedimus. imitentur nos, aut ratio-  
nem rei totius exponant. Nos enim non illicimus, ut  
ipsi obiectat: sed docemus, probamus, ostendimus. ita-  
que nemo a nobis retinetur inuitus. Inutilis est enim  
Deo, qui deuotione ac fide caret. Et tamen nemo di-  
scedit, ipsa veritate retinente. Doceant isti hoc modo,  
si qua illis fiducia veritatis est, loquuntur, discant,  
audeant inquam disputare nobiscum aliquid eius-  
modi: iam profecto ab aniculis, quas contemnunt, &  
pueris nostrisibus error illorum ac stultitia irridebi-  
tur. Quid potuit a Lactantio scribi pro Rege  
Nauarro, & Gallicis Ecclesiis aptius, & ad horum  
nostrorum temporum rationem accommoda-  
tius? Pergit idem: Longe diversa sunt inquit, Car-  
nificina & pietas: nec potest aut veritas cum vi, aut  
iustitia cum crudelitate coniungi. Hactenus La-  
ctantius. ex quibus quatuor opere inter se veterum  
illarum & nostrarum Ecclesiarum iura conue-  
niunt, perspicue intelligitur. Sequitur in Bulla  
Papæ: Intimum quendam suum nefariis artibus suis  
instructum extra Galliarum fines misit, per quem cum  
primarijs hereticis impia consilia sua communica-  
uit: eorumque vires & arma contra religionem ca-  
tholicam, & Romani Pontificis potestatem prouoca-  
uit. Quem his verbis Cucullatus noster desig-  
net,

net, nihil attinet dicere: vnum hoc subiugemus,  
quanquam is quem Nauarri Regis intimum ap-  
pellat, inter præcipuae nobilitatis Gallicæ viros,  
dignum suo genere locum obtineat, Papa auté  
Sixtus quintus nuper ex cucullatorum mendi-  
citate ac sordibus emerserit, non tamen Nobil-  
lem illum grauaturum impudentis illum men-  
dacijs arguere: & hanc illi si quam requirat, duel-  
li chartulam mittere ( honor sit auditorum au-  
ribus ) sumpta ex Conformatum suatum  
fol. 51 : Diabolus tentauit Ruffinum, dicens:  
*Tu es damnatus, & ipse Franciscus est damnatus, &*  
quicunque eum sequitur, decipitur. *Quod cum Ruffi-*  
*nus Francisco dixit, respondit Franciscus, Si iterum*  
apparuerit, & iterum aliquid dixerit, dicas ei, scilicet  
Diabolo, Aperi os tuum, & ego stercorisabo in illud.  
Postea Ruffinus cum oraret, iterum apparuit ei *'Dia-*  
*bolus in specie Christi*, dicens: Frater Ruffine, nonne  
dixi tibi, quod non crederes filio Petri Bernardonis?  
cur te affligis? Et statim frater Ruffinus sibi dixit,  
Aperi os tuum & ego in ipsum stercorisabo. Tunc  
Diabolus indignatus cum furia & tempestate ab eo  
recessit. Honor, ut præfati sumus, auditorum sit  
auribus. Sed istius os impudens monachi breui  
hac responsione verberandum fuit. Neque enim  
vñquam nobilis ille apud vllos vel Reges vel  
Principes verbum vllum de bello cuiquam in-  
ferendo interpoluit: sed tantum de constabi-  
lienda inter Ecclesias reformatas charitate & fra-  
terna benevolentia. Quanquam quis non videt,  
quanti totius Christianitatis interfit, impium

istum & sanguinarium Ecclesiæ Christianæ par-  
ricidam , fiētarum religionum auctorem ac de-  
fensorem, conculcatæ Regum maiestatis conui-  
ctum , & certissimum patriæ nostræ incendia-  
rium radicitus è terra viuentium auerruncari?  
Doluit quidem illi tantis vēstigalibus spoliari,  
quæ ex Dania, Suetia, Anglia, Scotia, Germania,  
& Heluetia superioribus seculis auferebat. Sed  
nobilis quem hoc loco perstrinxit , ait illū nun-  
quam æque insanisse vt nunc, cùm in periculum  
amittendi Galliæ regni adductus est : idemque  
fecisse, quod asini cicuta pasti, facere in Thuscia  
dicuntur: quos Matheolus scribit, tā arēto som-  
no consopiri, vt planè mortui videantur: adeo vt  
rustici plerunque ad pellem detrahendam acce-  
dant, & partem eius prope dimidiā detrahant,  
priusquam asini excitentur. Verūm vbi ad mediā  
tergoris partem ventum est, tūm illos repente in  
pedes exilire, & dimidia pellis parte propenden-  
te, fœdum faucibus russis rudorē edere: sic, vt ru-  
stici interdum magno terrore afficiantur. Simil-  
limum hoc tempore Papæ Sixti v lulatum vide-  
ri, dimidia prope regnorum suorum parte spo-  
liari, & de reliqua desperantis, ac iam collum in  
laqueum inferentis, nisi potentissimi Reges ac  
Principes, restituendę ipsius potentiae caussa, mi-  
seram Galliam cædibus atque incēdiis nouis cō-  
pleant. Verūm hæc quidem quantum ad Serenissi-  
mi Nauarrotum Regis protestationē attinet,  
haētenus dicta sint. Quæ verò deinceps in eadē  
Bulla contra Illustrissimi Principis Condæi di-  
gnitatē

gnitatem propriè ac separatim dicuntur , com-  
muni hoc responso , satis refutata esse arbitra-  
mur. Criminatur eum Papa, quòd vtroque pa-  
rente hæretico sit natus. Sicuti præclarū est lau-  
dari, sed à laudato viro: ita præclarum est vitupe-  
rari, si modo à vituperato & vituperabili nebu-  
lone id fiat: qualem & hunc cucullatum ganeo-  
nem & nescio quos ipsius aſſeclas Cardinales ef-  
ſe conſtat: à quibus ita fulmen iſtud Romæ fa-  
bricatum eſt, vt quondam à Cyclopibus fulmi-  
na in Ætna monte Ioui fabricabantur. Quis  
enim non intelligit, quorsum hæc nefaria de v-  
troque parente hæretico contumelia, propriè in  
Condæum Principem coniecta, pertineat? Nam  
apud Canonistas regula eſt, ne filiis Hæreticorū  
vſque ad ſecundam generationem dignitas vlla  
Ecclesiastica mandetur. C. quicunque §. Hæreti-  
ci, &c. statutum, De hæretic. in vj. gloss. in c. i, in  
verb. Regnum, Extrauag. de præbend. Itaque nō  
dubium eſt, quin Sixtus noſter hanc ſibi viam  
Marranorum quorundam consilio munitet, ad  
Cardinalatum & Sacerdotia illuſtriſſimo Prin-  
cipi Carolo, Condæi Principis fratri, & iſdem  
hæreticis parentibus genito eripienda: quod illū  
ſperamus, qua prudentia eſt, per facile animad-  
verſurum. Sed iam ad reliquas Sextinæ Bullæ ſen-  
tentias pergamus. Nam paucis verſibus interie-  
ctis, Papa eidem Principi Condæo ſuam dispen-  
ſationem exprobrat, vt ei liceret matrimonium  
cum illuſtriſſima consobrina ſua contrahere.  
Quanta mentis cæcitas in tam impudenti men-

O

dacio cernitur? Princeps matrimonium illud, aliquam multis ante dispensationem illam Roma allatam mensibus, contraxerat. Dispensationem ipse nunquam petiit. sed armatis hominibus circumuentus, qui ei imperabant, ut Epistolæ ab ipsis scriptæ, & dispensationem postulanti manu sua subscriberet, paruit inuitus: eadem prorsus ratione, quam superius in Rege Nauarro, Princis ipsius patruele, commemoratum. Sed operæ pretium est, considerare, qualis tandem hæc Papæ liberalitas fuerit, ut Principi consobrinam suam ducere liceret: quod matrimonium neque diuino, neque civili iure interdictum esse constat. Nam in eo libro cuius supra mentionem fecimus, cui titulus est, Taxæ Pœnitentiariæ Apostolicæ, absolutio Papæ, pro eo qui in quarto gradu contraxit, taxata est grossis duntaxat decem & septem. Sic enim pag. 37. scriptum est: *Dispensatio super quarto gradu consanguinitatis de contrahendo vel contracto ignoranter, gross. 17.* Super tertio & quarto gradu 27. Super quarto & quinto, gross. 27. & debet concordare cum camera apostolica. Si vero contraxerint scienter, & consummaverint, gross. 21. & eodem modo de affinitate. gr. 29. Quid? annon Papa iam aliquoties contra manifestum diuinorum legum interdictum dispensauit, ut & patruo & auunculo cum fratribus sororisvæ filia contrahere matrimonium liceret? quod tamen eo minus debet mirum videri, quia Papa Martinus v. habita (ut historicus loquitur) cum suis Doctribus & Theologis consultatione, cum quodam dispen-

dispensauit, vt sororem suam germanam impune in matrimonium haberet. Nam hoc sacrilegium literis mandauit Anton. Floren, in sua summa. 3. par. tit. 1. cap. 11. §. quod Papa, quem refert & sequitur Angel. de Clava in sua summa, in verbo Papa, & Nicol. Boetius in consil. 20. Vtrū Papa, num. 26. Et quoniam Papa sermonem de suis dispensationibus intulit, non prætereunda, ne illa quidem altera memorabilis dispensatio videtur, vt monacho liccat, deposito ad tempus cucullo, vxorem ad certum tempus ducere: nempe usque ad procreationem: sobolis: ne stirps nobilis sine prole deficiat: ea lege, vt simul atque proles suscepta fuerit, tūm pater patratus demissis auriculis ad sumum cucullum redeat qua de re videre Baldi testimonium licebit in I. si tibi filius, & I. si pater familias, §. in arrogationibus, D. de adopt. Iohann. Andr. in c. actus legitimi, & in c. semel Deo, de reg. iur. in vi. Innocen. in c. cum ad monasterium, in verb. licentiam. & ibi Panorm. qui & alios antiquiores producit, De stat. monach. Petr. Anchar. in consil. 339. parum dubitationis Marian consil. 13. præsens consultatio, & consil. 28. circa primum. Guill. Benedict. in c. raynutius, in verb. Qui cum alia, num. 26. part. 3. ubi notat Papæ potestatem esse, dispensare vt matrimonium temporale contrahatur. Talis igitur Papæ fuit liberalitas in permittendo monachis temporali matrimonio, quod ex Apostolo Paulo dicerat esse inter omnium ordinum homines maxime honorabile. Verum tamen ecce alia ex ad-

uerso mirifica eiusdem siue parsimonia, siue seueritas. Nam Papa Callistus III. (inquit Boerius) recusauit dispensare super coniugio Diaconi, qui allegabat se continentiae donum non habere, neque legi carnis posse resistere, atque uxore carere: quauis pro eo intercederet, tunc Cardinalis Senensis, qui postea successit Callisto, dictus Pius secundus: ut in suis epistolis in Cardinalatu compositis testatur: scribens illi suo amico, alterum Papam expectandum esse, qui melior sit. quam historiam idem Nicol. Boerius in eodem illo consil. 20. memoriae prodidit. Hac igitur ad illam dispensationis exprobationem responsa sunt. Nam quod ad postremam Papalis Declarationis partem attinet, in qua coniunctim supradicti Principes bombis Papalibus conquaßantur, excommunicantur, proscribuntur, eorumque regna, ditiones, ducatus, principatus, & iurisdictiones, primo cuique occupantur adiudicantur, satis iam superius demonstratum est, totum hoc nugarum genus eodem loco iam pridem à maxima Christianitatis parte habitum fuisse, quo Bernardonis & Dominici miracula hodie à plerisque Pontificie religionis studiosis habentur: quæ tamen religio ita Franciscanorum & Dominicanorum ordinibus, tanquam firmissimis columnis sustinetur, vt si columnas illas subrui paterentur, actum de sua religione existimarent. Sed de brutis illis Paparum fulminibus, iam pridem contemptis, ac pro nihilo habitis paulo vberius differendum videtur.

D E B R V

DE BRVTIS ET CONTEM-  
PTIS PAPARVM FVL-  
MINIBVS.

**N**Am, ut pauca è variis testimonia proferamus, cum Papa Bonifacius VIII. Regem Galliæ Philippum Pulchrum hac eadem inueterata audacia proscripsisset, Rex coactis Regni sui comitiis, de ordinum sententia decreuit, ut legati Papæ sordidati, omni dedecore infamiaque affecti, è regni sui finibus exterminarentur. *Bonifacius Papa*, inquit Laurentius Valla, qui *Cœlestinum tubis parieti insertis decepit, Regem Franciæ regno priuauit, regnumque ipsum (quasi donationem Constatini exequi vellet) Ecclesiæ Romane fuisse, & esse subiectum indicauit.* Quid? Rex Philippus quo animo hanc illius insaniam tolerauit? commodius videtur, rem omnem ex ipsis Platinæ verbis cognoscere. *Bonifacius* (inquit Platinæ) misit Narbonensem Archidiaconum qui Regi nuntiaret, ut missum faceret Episcopum Apamensem. Id si non impetraret, diceret audientibus omnibus Regnum Franciæ ad Ecclesiam deuolui, adderetque anathema, & omnes Francos iuramento Regio absoluueret. (An non hanc eandem proscriptionis formulam agnoscimus, quam Fanaticus noster Sixtus, in Rege Nauarro, & Principe Condæo proscribendis usurpauit? Pergit Platinæ: *Interim verò, inquit, Philippus Rex Franciæ Bonifaci arrogantiā iniquo animo ferens, habito apud Parisios Ecclesiasticorum & nobilium*

magno conuentu, commemoratisque iniurijs à Bonifacio acceptis, & eius ambitione, ac malis artibus ad occupandum Pontificatum, quem iniuste teneret, ad sedem Apostolicam, tūm (ut ipse dicebat) vacātem, futurūmque concilium appellauit. Qua quidem re percitus Bonifacius, habito generali concilio, Philip-pum eiūsque regnum Alberto Imperatori subiicit, quem initio Pontificatus sui repulerat. Tūm verò Philippus superbiam hominis domiturus, Sarrā Columnensem in parte Massiliæ cognitum, à Pyratis redemptum, cum Nogaretio Gallo Equite fidissimo Romam mittit, hac ratione (ut ipse palam dicebat) ut appellationem suam publicarent. Verum ei longè alia mēs fuit. Nam Sarrā seruili habitu Latium ingressus, collectis undique amicis, Nogaretum cum ducentis Equitibus Gallis mercede conductis à milīia Caroli Valesij Ferentinum præmittit, qui inde ei, si opus esset, præsidium ferret. Ipse verò Agnaniam clam noctu ingressus, adiuuantibus Gibellinis, quos Bonifacius diu multūmque vexarat, Pontificem nihil tale metuentem in domo paterna capit, refractis valuis, captiuūmque Romam perducit: ubi quinto & tricesimo die post, dolore animi confessus, periret. Hæc Platina: vbi etiam illud Iohānis Andreæ & Baldi subiungit, eum esse, ut canē mortuum, qui vt vulpes ingressus, vt leo imperarat. Baldus in c.i.de nat.feud. Quo loco prætermittendum nō videtur, quod Bardocucullus noster in suo Conformatum libro folio 103. scriptum reliquit his verbis: Papa Vrbanus Quintus iurauerat destruere ordinem nostrum, sed paulo post obiit: Papa Bonifa-

eius

eius octauus bullas innumeratas fieri fecit, omnes eiusdem tenoris, ut de fratribus minoribus fieret, sicut de Templariis, ut ordo noster destrueretur totus una die. Antequam ipsas mitteret, captus fuit. bulle combusta, & Papa infelicititer obiit. Sed omissis nugis cætera videamus. Ex his certè intelligitur, iam tū per ea tempora, id est anno cīo cccvi, Paparum insanias istas & furibundas proscriptiones, à Regibus Gallis contemptas, ac pro nihilo habitas fuisse. Neque verò minor fuit Regis Caroli Sexti virtus, circiter annum cīo cccc xviii. Nam, ut ex Senatus Parisiensis Archiis & Gallicis ac Germanicis annalibus intelligitur, ut primum Martinus v. in concilio Constantiensi Papa factus est, non cōtentus tot tāmq; magnis vetigalibus ac tributis, quibus fratris duo superiores Antipape, tres itē superiores Antipapæ, aliquāto etiam antē quatuor Antipapæ, funesta inter se bella, per quadraginta prope annos aluerat, noua insuper in Ecclesiis ac præsertim Gallicis, tributa imperare cœpit. Quo nuntio Rex accepto, confestim regni comitia de more habere instituit. In eo conuentu, re diu multūmque cognita & deliberata, decretum fit, ut nouum illud exactiōnum Papaliū genus inhiberetur. Quod ubi Martinus Papa cognouit, repente legatos ē suo comitatu in Galliam misit, qui Lugdunensi præcipue ciuitati sacris omnibus interdicerent. Horum Papæ interdictorum (si quis fortè id nesciat) vis esse in illorum temporum caligine hæc solebat, ut templorum omnium valuae præ-

cluderentur, sacra nulla fierent, nullus esset religionis ullius usus aut exercitatio, campanarum etiam sonitus conquiesceret. tantumne? Imò vero etiam mortuis cæmeteriorum sepultura denegaretur. Quibus rebus dici vix potest, quan-  
topere hominū animi superstitione imbuti per-  
terreretur. Quid igitur factum est? statim de pu-  
blici concilij auctoritate, & Parisiensis Senatus  
decreto pronuntiatum est, anathema illud pro  
pro nihilo habendum esse. Hæc recordetur, hæc  
cogitent, hæc meditentur, si qui in Gallia nostra,  
vel tam ignari atque imperiti rerum, vel tā malè  
erga summos Principes animati sunt, vt istam  
stultam & ridiculam Bardocuculli nostri mona-  
chi proscriptionem alicuius esse momenti ar-  
bitrentur: præsertim hoc tempore, quo paparū  
hypocrisis tota ferè Europa patefacta est. Nam  
idem fecit PERETVS noster, quod linaces solēt  
hyeme præterita: quæ ubi sentire Solem cœpe-  
runt, tūm ē suis cochleis tumidas ceruices, & bi-  
na cornua protendunt, quibus nōnunquam in-  
fantuli terreretur. Sic ille complures annos in suo  
monachali latibulo tacitus delituit, famē suam  
hostiatim mendicando miserè tolerans. Nunc  
vbi se in tantum honorem collocatum videt, re-  
iecto de capite cucullo cornua insolenter ostē-  
tat, iisque se terrorem Principibus ac Regibus  
illaturum sperat. Verūm, ut diximus, iam pridem  
Principes plerique Christiani belluarū istarum  
cæcitatem norūt. iam pridem quid inter leonem  
& asinum Cumanum intersit, didicerunt: neque  
Manduci

Manduci latè desistentibus malis , & clarè cre-  
pitib[us] dentibus, aut aliis generis eiusd[em] pue-  
rilib[us] terriculamentis mouētur. Memorię pro-  
ditum est , eum quem modò dicebamus Galliæ  
nostræ Regem, Carolum sextum circiter annum  
cīo cccxxx.pari animi magnitudine brutum  
Papæ fulmen despexisse.Nam cùm propter pro-  
hibitas nouas quasdam & inusitatas Papæ Bene-  
dicti xiiii.exactiones, ab illo proscriptus fuisset,  
de publici concilij, & ordinum sententia decre-  
uit, vt Legati Papæ , qui bullam illam pueris &  
mulierculis horribilem , in Galliam attulerant,  
Lutetiæ hac ignominia damnarentur : primū  
vt hora ante meridiem decima , quo tempore  
dimitti Senatus Parisiensis solet , ad Palatij gra-  
dus adducti adstantibus Episcopis aliquot , &  
magno sacerdotum numero, nudi ardente dex-  
tra tædam tenentes, palam admissum ab se faci-  
nus confiterentur: eiisque veniam supplices pe-  
terent. Tùm vt à carnificè pictis ad ignominiam  
vestibus induti ac mitellati, cùm illius Papæ in-  
signibus ad ignominiam inuersis, per celebrio-  
res vrbis vias lutulento plaustro circumuecti,,  
plebis ludibrio exponerentur. quod & factum,  
& celeriter executioni mandatum fuisse , Pa-  
risiensis Senatus monumenta declarant, & re-  
fertur à Paponio in libro Arrest.i.tit. 5. articul.  
27. Quinetiam extat Doctoris Baldi auctori-  
tas aduersus illam Benedicti xiiii. temerita-  
tem, in c. olim , col. penult. Ext. de rescript. ubi  
animosè atque acriter in illius temporis Anti-

papas intiehitur: quorum hic Benedictus Aueniōne, alter Bonifacius Romæ sedem occuparat: illūmque bouem boantem, hunc belluam belantem appellat: atque vtrumque acerrimè ac liberfimè infectatur. Quin etiam extat epistola vniuersitatis ac studij Parisiensis apud Theod. Nihemium, tract. 6. c. 17. vbi hæc prima requesta proponitur: *Quod laceretur & fragatur litera Papæ ad Bullæ modum confecta, tanquam iniuriosa, seditiosa, fraudulenta, ac Regiæ maiestatis offensiva, cum protestatione ad maiora procedendi: & capiantur & detineantur omnes suggestores, factores, receptores pro puniendo & corrigendo secundum Canones.* Par Florentinorum ciuium virtus enituit aduersus Papam Sextum 1111. cuius hic noster Sixtus v. & nomen sibi ascendum, & exemplum imitandum putauit: quippe, qui ex eodem Bernadonicorum seminario prodierit. Nam cùm Florentinos ob illum proditorem Episcopum, de quo supra commemoranmus, è curiæ feneſtra suspensum, proscripsisset, eōſque Ferdinandο Siciliæ Regi in prēdam addixisset, Florentini, contempto Papæ bruto fulmine, ac Duce Ferrariæ in belli societatem aſcito, furibundi ac ferociſ excucullati vesaniam compresserunt: eūmque ad obliterateſ ſuum anathema bello atque armis compulerunt. Quam historiam Raphael Volaterranus lib. Geograph. v. commemorat. Quinetiam extat consilium Franc. Aretini Iuriſconsulti, per id tempus in primis clari ac nobilis: in quo Florentinorum cauſam defendens his ver-

his verbis vtitur: *Crimen quod infertur magnifico Laurentio de Medicis de rebellione , adeò manifeste refellitur, vt erubescam vocem summi Pontificis in hac parte. Nam ex literis suis scriptis ad eundem magnificum virum, de mense Septembri prateriti declaratur, quod de crimine illo habet eum pro innocentia & innoxio, & quod nihil sinistri de eo suspicatus est. Vnde ergo beatissime pater , post paucos menses etiam multa & enormia crimina in eum congeris, tu videris. Meum non est ponere os in cælum. hoc tantū dixerim, In eo quis edet in throno Dei non est satis honestum tanta varietate uti. Hæc Aretin. consil.*

163. *sicut Iohannes, num. 3. Dies nos deficeret , si Principes ac proceres, qui proscriptiones istas & inania tonitrua, fulmina, fulgetra, Papalia, etiam superioribus seculis, in tanta temporum caligine, cæcisque tenebris contempserunt , persequi conemur. Imperator Ottho IIII. ab Innocentio proscriptus est. Henricus IIII. à Gregorio VII. Henricus quintus à Paschali secundo. Fridericus primus Suevus ab Adriano quarto , & Alexander tertio. Philippus Friderici primi filius, ab Innocentio III. Fridericus secundus à Gregorio IX. non semel, non iterum, sed tertium excommunicatus est. Conradus IIII. ab Innocentio quarto. A quo vero primum istius audaciæ ac furoris initium natum fuerit, non satis inter historicos Germanos constat. Otto quidem Frisingensis refert ad annum CIO LXVI. quo Guill. Angliae Rex à Papa Alexandro secundo proscriptus est, lib. Chron. 6. c. 35. lego, inquit, & relego Romanorū*

*Regum & Imperatorum gesta, & nusquam inuenio  
quenquam eorum ante hunc à Romano Pontifice ex-  
communicatum. At Iohan. Tritemius in Chronic.  
Hirsau. cap. 4. de Imper. Henrico III. scribens:  
Is à Gregorio VII, inquit, excommunicatus, & ab Im-  
perio Synodali Episcoporum decreto fuit depositus:  
quamuis non curaret. Ipse autē primus est, inter om-  
nes Imperatores per Papā depositus. Verūm vt cun-  
que sit, (neque enim ad id quod agimus magni  
interest, quo tempore hæc Paparum insolentia  
cœperit) constat omnibus seculis cordatos com-  
plures viros extitisse, qui tonitrua ista Papalia,  
tanquam bruta fulmina, & aniles bōbos, ac pue-  
rorum terriculamenta contempserunt.*

## D E N A V A R R Æ R E G N O A P A P A P R O D I T O.

Notitia

1511

**N**eque verò prætereunda hoc loco videtur  
execratio qua Rex Galliæ Ludouicus XII  
vnà cum Iohanne Nauarro Rege, cognato ac  
populari suo proscriptus est. Nam anno CIO  
10xi, quo tempore bellum illud, de quo supe-  
riùs commemorauimus, inter Papam Iulium se-  
cundum & Regem Galliæ Ludouicum XI, pa-  
triæ suæ parentem appellatum, vehementissime  
exarserat, ac tyrannus ille furiosus, eundem Re-  
gem brutis suis fulminibus terrere conabatur,  
eiusque regnum prædæ ac direptioni exposue-  
rat, regnabat in Nauarris Iohannes huius Hen-  
rici nostri proauus. Is cum & in Galliæ regno

natus esset, & Galli Regis propinquus & propter magna quæ in ipsius regno possidebat feuda, eiusdem cliens ac vassalus, rogatus à Rege Ludouico est, pro senioris iure & cliételarū feudalium institutis, ut sibi aduersus hostem suum auxilium adduceret. Nauarrus sui erga Regem officij non immemor, mature coactis in suo regno peditum equitumque copiis, tantum in Galliæ fines adduxit exercitum, ut regnum suū viris prope nudatum ac destitutum relinqueret. Quare cognita Papa Iulius confestim cum Hispanorum Rege Ferdinando (cui tūm primum Catholici cognomentum anno 1492 imposuit) per internuntios agere instituit, ut celeriter copias compararet, Regisque Nauarræ absentis ditionem inuaderet: polliceturque se, & Nauartū pro hæretico ac schismatico proscripturum, & ipsius regnum eidem pro præmio addicturum. Ferdinandus tantam rei gerendæ occasionem nactus, sibi non deesse statuit. Promulgata in Nauarrum Regem execratione, manus cogit: atque in vicini Regis absentis fines ingressus, primum vibern primariam, nomine Pompeio polim, tum deinde maximam totius Regni partem occupat: auctore, (ut dictum est) Papa Iulio, <sup>et quoniam iudicatur</sup> bono & sine vlla dubitatione idoneo: si modo <sup>annis regnorum</sup> in regula iuris, qua dicitur, eū iniuste possidere, qui prætore auctore possidet: pro Prætore auctore, scriptum esset, Papa auctore. Ali quanto post Rex Galliæ non ignorans Seniorem suo vassallo periculum illius euentus præstare oportere,

(quod etiam Bellaius Langæus , Galliæ quoniam clarissimum lumen lib. Commentariorum primo dilucide testatur) exercitum suum ad recuperandam Pompeiopolim misit , cui ducem præfecit Aquitanię præfectum Dunosium, Longovillanum Ducem. Sed quidnam & illo tempore & multis post annis acciderit, commodius visum est in aliud tempus differre, & in libellum iis de rebus institutum cōferre. Nunc enim satis est intelligi , Regem Nauarrum , hujus nostri proauum , non alia de causa Regno suo spoliatum fuisse, quām quia Regi Galliæ , propinquo suo, vicino suo, Semori suo , à Papa Iulio excōmunicato, proscripto , hæretico ac schismatico pronūtiato, debitum subsidiū adduxerat. Cuius rei non modo Galli omnes historici testes sunt, in his Arnoldus Ferronus, & Bertrandus Helias, verūmetiam Itali & Hispani , ac præcipue Stephanus Garibaius, lib. 29. Franciscus Tarapha, & Antonius Nebrissensis lib. de bello Nauarrensi. 1. cap. 1, 2, 3. quibus locis non prætereunda videatur Hispani (vt vulgò loquimur) Pedantis arrogantia, qui Regem Gallum, omnium qui vñquā fuerunt & prudentissimum & moderatissimum, tamen hoc verborum honore affecit (cap. 2.) Ludouicus, inquit, Gallorum Rex, homo more gestis sua leuissimus, non contentus se intra pelliculam suam, hoc est intra regni sui fines continere, animum in Italiam iniecit. Et paulo post. Igitur Pontifex Iulus secundus, ira percitus , gladium ex Petrimanibus corripit, in rebelles contumacesque stringit: ipsos

sos schismaticos ac proinde hereticos declarat: bona  
publicar. ad cuius sententia executionem Christianos  
Principes inuocat, atque imprimis nostrum. Itē  
cap. 3. Igitur Hispani orbis moderator, verens Gal-  
lorum rabiem, Henricum Britannorum Regem (ad  
quem Aquitania pertinebat) hortatur ut repeatat  
bello: atque ut iustior esset repetendi causa, Aposto-  
lica intercedit auctoritas, qua Gallum Aquitania  
priuat (attendant senatores & consiliarij Regij  
in Gallia) Britannoque occupandam proponit. Et  
mox eoloco vbi Papam cum Cardinalibus col-  
loquentem inducit: *Iuuandus est*, inquit, *Rex*  
*Hispanie. In communes honorum omnium hostes*  
*Gallum & Nauarrum Reges, noster uterque strin-*  
*gendus est gladius: atque dum secularem alterum*  
*acuimus, interim spiritualem alterum in schismatico-*  
*rum cervices intentemus. Itaque communi Cardi-*  
*nalium decreto Rex Nauarrus declaratus est schis-*  
*maticus ac proinde hereticus: quia identidem admo-*  
*nitus pertinacius agebat, & se iam non obscurè Gal-*  
*lum profitebatur. multatatur regno & omnibus fortu-*  
*nis: non modo ipse sed & uxor & filii cum omni po-*  
*steritate sua, & in Hispaniam omne ius regnandi*  
*transfertur. Hæc totidem verbis Hispanus Ne-*  
*brisensis: ex quibus intelligitur, quo iure, quo*  
*auctore, & qua de causa Rex Nauarrus regno*  
*suo spoliatus fuerit. Guicciardinus quidem lib.*  
*Histor. italic. x i. his verbis suum ea de re iu-*  
*dicium exponit: *Hispanorum Rex*, inquit, *cum se*  
*Nauarræ regnum legitimè possidere alio nomine af-*  
*firmare non posset, occupationem iure Pontificij im-**

perifactam esse sacrosancta sedis auctoritate, dis-  
serebat. Pontifex enim rebus in Italia feliciter gestis  
minime contentus paulo ante edictum in Gallie re-  
gem promulgarat, quo illum non amplius Christia-  
nissimum, sed illustrissimum appellans eum & quot-  
quot illi staderent, omnibus Hæreticorum & schi-  
saticorum pœnis subiiciebat: cuius fortunas regna,  
resque illorum omnes iure occupandi facta potesta-  
te damnatos declarabat. In eandem quoque sen-  
tentiam Arnoldus Ferronus doctissimus rerum  
Gallicarum historicus, & Burdegalensis quon-  
dam parlamenti senator his scribit verbis: Fer-  
dinandus, inquit, Rex Hispanus ubi fœdus inter  
Gallum & Navarrum Reges initum intellectus, in-  
structas copias quas in Galliam dueturus erat, vertit  
in Navarrū: atque hæc causa fuit Ferdinando vi-  
cini Regis eiciendi: quamuis alteram etiam pro-  
texuit, quod editio Pontificio & Gallorū Rex, & qui  
auxilium ei ferrent, impi pronuntiati essent, eorum-  
que regna publicata. Hæc Ferronus, ex quibus fie-  
ri conjectura potest, quantum illustriss. Germa-  
niæ Principibus, atque adè Regibus Europæ  
omnibus, ex illa tam arcta Papatum, & Marani-  
cæ inquisitionis conspiratione peticuli impen-  
deat. Nam ista compendiaria ratione, monachus  
aliquis, dummodo vafro & callido ingenio sit,  
aliquandiu in Hispania (vt Sixtus hic noster) cō-  
moratus, & cum Inquisitoribus Maranicis ver-  
fatus, facere cum illis fœdus & pactionem hu-  
iustmodi poterit, vt si eorum gratia & commen-  
datione consequi Papatum possit, tūm primum  
quémque

quémque Regem aut Principem, arrepta vnde-  
cunque occasione, schismaticum & hæreticum  
pronuntiet: regnum ipsius quasi feudum sedi Ro-  
manæ apertum & commissum illis adiudicet.  
Optandum est igitur, ut nobis tandem Rex alii-  
quis heroico animo diuinitus detur, qui mere-  
tricem istam Babyloniacā è sua sede deturbet, &  
Christianam Ecclesiam ex tam diuturna, ac mi-  
sera seruitute, in pristinam suam libertatē ac di-  
ginitatem vindicet: quam animi magnitudinem  
Ludouicus ille Rex noster XII. parés patriæ no-  
minatus, ac seruitutis illius pett̄esus, susceperebat,  
cum post illam Papæ Iulij furibundam execra-  
tionem nummos aureos in Gallia, cum hac in-  
scriptione cudi iussit: L V D . X I I . D . C . F R A N C .  
R E X : D V X M E D I O L A N I . tūm ex altera parte in-  
signia Franciæ, & Mediolani coniuncta, cum hac  
inscriptione: P E R D A M B A B Y L O N E M . Quod no-  
men, si quis fortè non intelligit, consulat Apo-  
calypsim Iohan. cap. 17. & Hieronymum in ca-  
talogo, ubi Marci meminit, & aperte scribit, Ro-  
mam à Petro in Epistola priore, cap. 5, Babylonis  
nomine figuraliter intellectam. Itēmque in pro-  
logos lib. de Spiritu sancto, vbi Romanam aperte  
Babylonem appellat, & purpuratam illam mere-  
tricē, quæ in Apocalypsi designatur. Quod idem  
etiam confirmat in Esaiam c. 14. & iterum c. 47.  
& ad Aglasiam in x 1. quæst. qua de caussa Paul-  
la quoque & Eustochium in ea Epistola, quam  
ad Marcellum scripserunt, similiter Babylonis  
nomine Romanam appellant: nec obscurius idem

perij factam esse sacrosancta sedis auctoritate, dis-  
serebat. Pontifex enim rebus in Italia feliciter gestis  
minime contentus paulo ante edictum in Gallie re-  
gem promulgarat, quo illum non amplius Christiani-  
nissimum, sed illustrissimum appellans eum & quot-  
quot illi studerent, omnibus Haereticorum & schi-  
smaticorum pœnis subiiciebat: cuius fortunas regna,  
resque illorum omnes iure occupandi facta potesta-  
te damnatos declarabat. In eandem quoque sen-  
tentiam Arnoldus Ferronus doctissimus rerum  
Gallicarum historicus, & Burdegalensis quon-  
dam parlamenti senator his scribit verbis: Fer-  
dinandus, inquit, Rex Hispanus ubi fœdus inter  
Gallum & Navarrum Reges initum intellexit, in-  
structas copias quas in Galliam ducturus erat, vertit  
in Navarrum: atque hec causa fuit Ferdinandi vi-  
cini Regis ejiciendi: quamvis alteram etiam pre-  
texnit, quod editio Pontificio & Galloru Rex, & qui  
auxilium ei ferrent, impij pronuntiati essent, eorum  
que regna publicata. Hæc Ferronus, ex quibus sie-  
ri conjectura potest, quantum illustriss. Germaniæ  
Principibus, atque adeò Regibus Europæ  
omnibus, ex illa tam arcta Papatum, & Maranicæ  
inquisitionis conspiratione peticuli impen-  
deat. Nam ista compendiaria ratione, monachus  
aliquis, dummodo vafro & callido ingenio sit,  
aliquandiu in Hispania (ut Sixtus hic noster) co-  
moratus, & cum Inquisitoribus Maranicis ver-  
satus, facere cum illis fœdus & pactionem hu-  
iustimodi poterit, ut si eorum gratia & commen-  
datione consequi Papatum possit, tum primum  
quemque

quemque Regem aut Principem, arrepta unde-  
cunque occasione, schismaticum & hæreticum  
pronuntiet: regnum ipsius quasi feudum sedi Ro-  
manæ apertum & commissum illis adiudicet.  
Optandum est igitur, ut nobis tandem Rex ali-  
quis heroico animo diuinitus detur, qui mere-  
tricem istam Babyloniacā è sua sede deturbet, &  
Christianam Ecclesiam ex tam diuturna, ac mi-  
sera seruitute, in pristinam suam libertatē ac di-  
guitatem vindicet: quam animi magnitudinem  
Ludouicus ille Rex noster XII. parés patriæ no-  
minatus, ac seruitutis illius perræsus, suscepérat,  
cum post illam Papæ Iulij furibundam execra-  
tionem nummos aureos in Gallia, cum hac in-  
scriptione cudi iussit: LYD. XII. D. C. FRANC.  
REX: DVX MEDIO LANI, tūm ex altera parte in-  
signia Franciæ, & Mediolani coniuncta, cum hac  
inscriptione: PER DAM BABYLONEM. Quod no-  
men, si quis fortè non intelligit, consulat Apo-  
calypsim Iohan. cap. 17. & Hieronymum in ca-  
talogo, ubi Marci meminit, & aperte scribit, Ro-  
mam à Petro in Epistola priore, cap. 5. Babylonis  
nomine figuraliter intellectam. Itemque in pro-  
logis lib. de Spiritu sancto, vbi Romanam aperte  
Babylonem appellat, & purpuratam illam mere-  
tricē, quæ in Apocalypsi designatur. Quod idem  
etiam confirmat in Esaiam c. 14. & iterum c. 47.  
& ad Aglasiam in x 1. quæst. qua de caussa Pau-  
la quoque & Eustochium in ea Epistola, quam  
ad Marcellum scripsérunt, similiter Babylonis  
nomine Romanam appellant: nec obscurius idem

Hieronymus in Epist. *Cum apud Babylonem, inquit, essem purpurata meretricis colonus: &c.*

S V P E R I O R I S P R O T E-  
S T A T I O N I S C O N C L V S T O.

**H**is igitur ita constitutis, supereft, vt conclu-  
v. septem grauissimorum scelerum nomine, à  
maxima Christianitatis parte damnatus sit, nimi-  
rum impietatis, occupatæ in Ecclesia tyrannidis,  
corruptæ religionis, sacrilegij, maiestatis, perduel-  
lionis, & falli: cùmque superiorum suorum inso-  
lentiam, audaciam, ac ferocitatem fecutus, infa-  
nissimum hoc decretum contra omnia diuina,  
& humana iura, falsis v̄sus allegationibus, sine vl-  
lo judiciali ordine, stultè, stolidè, atque impuden-  
ter aduersus Serenissimum Nauarræ Regem &  
Illustrissimum Principem Condæum promulga-  
rit, eosque spurcis & inauditis verborum contu-  
meliis onerarit, cū eos Iræ filios, Hæreticos per-  
tinaces, notorios, relapsos, in cœno volutatos, cō  
tra Regem Christianissimum rebelles; Ecclesiæ  
persecutores, prolem detestabilem, læſæ diuinæ  
atque humanæ maiestatis reos appellaret: atque  
his de cauſis eosdem suis principatibus, ducati-  
bus, dominiis, feudis, honoribus omnibus, & iu-  
re legitimæ in regno Galliæ successionis priua-  
ret: cùmque hæc illius abiudicandorum & adiu-  
dicandorum regnorum inueterata atque effre-  
nata audacia, perspicue ad omnes Europæ Re-  
ges

ges Principes ac potentatus pertineat, péricu-  
lumque sit, ne qui alienorum regnorum cupidi-  
aque appetentes erunt, deinceps per hanc excō-  
municationum & proscriptionum artem, aliis  
pacatis & quietis Principibus insidias molian-  
tur: O B H A S C E R E S, supradicti serenissimi Prin-  
cipes protestantur, eundem Papam Sextum V.  
pro impio, periuro, sacrilego, tyranno, conficta-  
rum religionum auctore, crudeli & truculento  
Ecclesiæ Christianæ parricida, importuno ac sce-  
lerato religionis hoste, certissimoque Antichri-  
sto habendum esse: rogandosque & implorandos  
Christiani orbis Monarchs omnes, Reges, Prin-  
cipes, potentatus, quique cum aliquo imperio  
vel legitima potestate sunt, ut iisdem Serenissi-  
mis Principibus ad comprimendos huius imma-  
nis tyranni furores, frangendosque crudeles ac  
furibundos ipsius impetus, auxilium ferre ve-  
hant: suaque consilia & arma conferre ad illam  
humani generis pestem extinguendam, Réisque  
publicam Christianam ab illo prodigioso atque  
exitiali monstro liberandam. Interea supradictū  
Papam Sextum V. pro intolerandis verborū im-  
manium contumeliis, quas vecordi mente ad-  
uersus supradictos nostros Principes effudit, ha-  
beri dicique à cunctis Christianis oportere, pro-  
digium immanissimum, portentum fœdissimum,  
ac monstrum non in ultimas terras exportandū,  
sed ex humanæ naturæ finibus exterminandum,  
tanquam cerrissimum, notorium, ac manifestū  
Antchristum: cuius ex secrato capiti, malam om-

nes Christiani pestem, exitium atque interitum  
 imprecari debeant, ut quandiu anima maledicta  
 in ipsis cadauere spirabit, tandiu piis omnibus  
 sit (ut spiritus sanctus loquitur) ANATHEMA MA-  
 NANATA. Et ne cui forte nostrum hoc impreca-  
 tionis genus nouum & inusitatum videatur, ro-  
 gatos lectores volumus, primùm ut eorum loco-  
 rū meminisse velint, quos superius ex Diuī præ-  
 ferrim Bernardi libris depropulsimus: vbi Papa:  
 tus Romanus, disertè, dilucide, nominatim ap-  
 pellatur Antichristus, Filius perditionis, Homo  
 peccati, Dæmonium non modo diurnum, sed  
 etiam meridianum, quod non solum transfigu-  
 ratur in angelum lucis, sed extollitur super om-  
 ne quod dicitur Deus, aut quod colitur. Hierony-  
 mus autem Romam appellat Babylonē & Pur-  
 puraram meretricem. Deinde ut legant, arque ac-  
 tentè considerent, sanctionem Decreti Pontifi-  
 calis sanctissimam, in c. 2. dist. 23. &c. si quis pecu-  
 gratia humana, (qualem huius monachi gratiam  
 Occidetalem faisse constat) vel populari tumultu  
 vel quolibet ingenio (id est ambitione & malis ac-  
 titibus) Papatum adeptus erit, is non Apostolicus, sed  
 Apostaticus habeatur, & cum suis fautoribus &  
 quacibus à liminibus S. Dei Ecclesiae separatus abij-  
 citur, sicut ANTICHRISTVS & inuasor & destru-  
 tor totius Christianitatis. in quam sententiam au-  
 dacter Canonistæ summo consensu scribere, ac  
 palam profiteri ausi sunt, Papam aliter quam Ca-  
 nonice electum esse Diabolum, & habere claves non  
 cœli,

cœli, sed inferni. Nam hæc Felini verba sunt, in c.  
Ego N. de iure iur. Considerent præterea Papas,  
Cardinales, & Episcopos omnes, qui annis ab  
hinc amplius centum in Ecclesia Romana do-  
minati sunt, ex certissimo schismaticorum & A-  
postatarum seminario profectos esse. Nam an-  
nus iam agitur supra centesimum prope quin-  
quagesimus, ex quo Basiliense concilium sum-  
mo Christianorum omnium ordinum studio ac  
voluntate celebratum fuit. Hoc concilio nullū  
vnquam aliud constat in Ecclesia Romana ma-  
iore adhibita solennitate indicium, habitum, &  
celebratum fuisse. Nam & duorum Paparum de-  
cretorum indicium erat, nimirum Martini quinti, &  
Eugenij quarti, & eorum legatis præsidentibus  
habitum ac celebratum. Per idem concilium so-  
lenniter citatus & euocatus Eugenius, tandem  
adhibita summa & solenni cause cognitione,  
fraudum, præstigiarum, machinationum, ac fa-  
ctionum aduersus eius concilij libertatem con-  
victus, tandem Papatu suo abdicatus est, & pro-  
schismatico & Apostatico, vñacum Cardinali-  
bus & Episcopis omnibus, qui partes ipsius se-  
culi erant, exauctoratus. Amœdæus autem Sabau-  
dorum Dux in ipsius locū suffectus. Audiamus  
cuiusmodi fuerit istius exitus tragœdiæ. Bréui  
post tempore, ille ipse Eugenius damnatus, ab-  
dicatus, exauctoratus, tamen Principum quo-  
rundam gratia & contentione in suam sedem  
restitutus, Cardinales & Episcopos suarum pat-  
rum omnes secum pariter restituit. Amœdæus,

autem, et si non sponte, tamen galero Cardinalitio donatus, Papatu se abdicavit. Considerent nunc graues & cordati viri, secundum illam quam modo commemorauimus, sanctissimam Decreti Pontificalis sanctionem, utrumne Apostolicorum, an potius Apostaticorum loco habendi sint: utrum cœli, an potius inferni claves habeant, qui orti ex illo Eugenianorum seminario in Ecclesia Romana per hæc tempora dominantur. Quod ut commodius iudicari posse, operæ pretium est, Doctorum & Iurisconsultorum sententias cognoscere, qui aliquid hac de re scripsierunt, atque imprimis Ludouici Romani, qui Basiliensi concilio interfuit, vbi cōsilium scripsit ultimum, cuius num. 15. verba hæc sunt: Si pastor pastorum Ecclesiam scandalosè regens & inordinate tractans, per Ecclesiā monitus, nō mox resipiscat, immo in sua perseveret insolentiaregendi officio potest & debet exi. Cum enim ipse Ecclesiam nō honoret, ipsum salubriter admonentem, nec tunc merbitur ab Ecclesia honorari: ita ut toleret ipsum scandalosè regentem, atque incorrigibilem. argumēto eius, quod dicit Orator Domitius: & refert Hieronymus in epistol. ad Neapol. sic inquiens: Cur ergo te habeam ut Principem, cum tu me non habeas ut Señatorem! dist. 95. c. esto subiectus. Est ergo veritas: Papam suis criminibus Ecclesiam notoriè scandalisantem, ac etiam manentem incorrigibilem posse apud Ecclesiam accusari, atque per illam denudari Papam. Quæ conclusio demonstratur ulterius sic: Papastans in crimine notorio scandalisante rotam Ecclesiam,

siam, nec desistere volens, incidit in suspicionem hæresis. c. nullus, 38. dist. sic dicente: Qui rebelliter vivit,  
Et discere atque agere bona recusat, magis diaboli,  
quam Christi membrum esse ostenditur: Et potius infidelis, quam fidelis esse monstratur. Hec Lud. Rom.  
qui Basilensi, ut diximus, concilio magna cum auctoritate interfuit. Vbi sunt qui disputant,  
Hæreticorum numero habendos, qui Paparum  
tyrannidi aduersantur? qui effrenatam ipsius in  
proscribendis Regibus audaciām diutius ferendam  
esse non putant? qui Sixti quinti impia-  
tem in confictis Bernardonicis & Dominicanis  
religionibus tuendis detestantur? Sed iam alterā  
eiusdē summi viri auctoritatem ex eodem Con-  
silio proferamus: nam aliquāto pōst num. 17. ita  
loquitur: Si ratio naturalis dictat, membrum incu-  
rabile totius corporis infectium pro salute corporis  
amputandum: pariter quoque dictare debet civilis  
ratio, membrum incurabile, quod est totius Ecclesiae  
mystice infectium, amputandum fore, ne reliquum  
corpus inficiatur aut scandalisetur: & consequenter  
Papam: (adhucatur in his legendis animorum  
æquitas, &c comparentur hæc Lud. Romani ver-  
ba cum illa nostra imprecatione ac detestatio-  
ne) qui etsi pars sit Ecclesia præcipua, tamen e-  
tiam est membrum de corpore ipsius Ecclesiae, secun-  
dum gloss. in c. ecce, 93. dist. Hoc etiam suadet ratio  
divine scripturæ, approbantis assuerationem Caiphæ  
principis sacerdotum, dicentis: Expedit ut unus ho-  
mo moriatur pro populo, & non tota gens pereat: cum  
etsi foret Papa positus ad gubernationem populorum

non tamen esse deberet ruina illorum: dicit text. 11.  
q.3.c. ita corporis. Imo tot mortibus dignus est: quot ad  
subditos suos perditionis exempla transmittit, dicit  
text. ead. caus. & q. in c. precipue. Sicut enim lauda-  
bile & discretum est, reverentiam & honorem exhibe-  
bere prioribus, ita rectitudinis & Dei timoris est, que  
in eis sunt, quæ indigeant correptione nulla dissimula-  
tione postponere: ne totum corpus morbus inuadat, si  
languor non fuerit curatus in capite, dicit text. 2. q.  
7. c. sicut inquit. Et hanc conclusionem corroborat  
text. in 6. in canonibus, 16. q. 1. & in d. c. sed illud. sic  
similiter, & ille extors debet fieri ab Ecclesia, qui  
Ecclesia admonitione non corrigitur: dicente Domi-  
no, Auferte malum ex vobis. Ferro enim secunda  
sunt vulnera quæ non sentiunt medicina fomenta.  
82. dist. c. quia aliquanti. 1. q. 1. c. reperiuntur. Hæc  
ad verbum Ludouicus Romanus. Ex quibus,  
cum illa nostra detestatione comparatis, æquile-  
ctores dijudicare poterunt, iure ne animosè  
tam animosè tyrannicam istius Papæ audaciam  
execrati simus. Quinetiam illi Lud. Romani  
querimoniæ consentanea sunt quæ Cardinalis  
Zabarella, circa annum 1500. ccccvi. scripsit in  
tractatu de schismate, num. 20. De quolibet, in-  
quit, notorio criminе Papæ, si est incorrigibilis, &  
scandalisat Ecclesiam potest accusari, quia censetur  
pro heretico. not. in gloss. 40. distinet. c. si Papa. nam  
hæc incorrigibilitas concernit causam fidei: vt in ead.  
gloss. Et si contingat, quod isti tueantur se per poten-  
tiam temporalem, poterunt de facto coegeri, etiam  
per secularem potestatem, arg. de iudic. c. cum non ab  
homini

homine. Hæc Zarabella. Sed breuius Baldus in c. olim, col. pen. ext. de rescript. vbi sic scribit: *Contra Papam sua potestate abutentem, primò utendum est verbis ( id est admonitionibus) secundò herbis ( id est comminationibus) tertio lapidibus: & quod vbi non sufficit virtutis ingenium, ibi valere debet armorum præsidium.* Et in eandem sententiam Iason in consil. 95. requisitus col. 4. Papa, inquit, scandalisanti Ecclesiam, licitum est resistere, & non est tolerandus c. et si illa, 1. q. 7. & c. sunt quidam. 25. q. 1. Innocentius in c. inquisitionis, de sent. excommunic. & in c. quanto, de consuetud. Abbas in c. cum teneamur, de appellat. Item Hieronymus loquens de Papa in c. non omnes Episcopi, 2. q. 7. dicit, quod infatuatum sal ad nihilum prodest, nisi ut proiectatur foras, & à porcis conculcetur. Hæc Iason nihilo, ut apparet, segniss, quam aut Lud. Romanus, aut Zabarella: cum tamen & in Italia, & in tantis Ecclesiæ Christianæ tenebris hæc scriberent. Philippus autem Decius in eandem sententiā loquitur in consil. 151. maximi ponderis num. 4. vol. 1. *Quando Papa, inquit, est incorrigibilis in aliquo notorio delicto, pro quo Ecclesia scandalisatur, glo. in terminis in c. si Papa, 40. dist. tenet quod Papa accusari possit. & de illa glossa maximum fuit factum fundamentum contra Eugenium IV. in concilio Basiliensi: & illa glossa communiter tenetur per omnes. ut Abbas dicit in c significasti. de electi. & in disputatione. Episcopus & quidam rector: vbi inquit, quod totus mundus approbat illam gloss. & illam glossam pluribus rationibus comprobat Ludonicus Rom. in consil. 523. Primo quia Papa qui in notorio crimine*

persistit & nō vult corrigi, in suspicionem hæresis incidit. 38. dist. c. fin. 86. dist. c. si qui sunt. & c. fin. de pœnit. Sed pro hæresi Papa accusari potest. d.c. si Papa. Ergo pro tali criminе. Secundo quia remouetur Episcopus ab Ecclesia particulari ut scandalum tollatur, ut notat Innocent. in c. cum pridem, de renunt. idem à fortiori videtur dicendum in summo Pontifice, in quo est periculum uniuersalis Ecclesia. Tertiō per auctoritatem Euangeli, Si oculus tuus aut pes scandalisauerit. de quo text. eleganter loquitur in c. illud sane, 24. q. 3. Expedit enim ut unus homo moriatur pro populo, ne tota gens pereat. Ergo Papa incorrigibilis moriatur ciuiliter, ne tota Ecclesia pereat, quia Papa positus ad gubernationē populorū, non debet esse ruina illorum: ut tex. dicit 11. q. 3. in c. ta corporis. Nā tot mortibus dignus est. quot exēpla perditionis ad suos trāmittit, c. præcipue. 11. q. 3. Que cūm ita sc̄ habeant, iterū sine cūctatione conclu dimus, nō modò anathema supradicti Papę Sixti v. propter temerarij iudicis incompetentiā, falsæ causæ allegationem, defectum ordinis iudicialis, & conceptæ sententiæ stultitiam pro nullo habendum esse: verūmetiam, ut execrations eiusdem Sixti in ipsius caput redundant, eū ipsum septem atrocissimis criminibus certissimisque testimoniis conuictum, cunctis Christianis esse deinceps oportere EXECRABILE ET D E T E STANDVM ANATHEMA MARANATA.

A M E N.

SANCTISS. D. N.

# SIXTI PAPÆ V.

## DECLARATIO

*Contra Henricum Borbonium assertum Regem Na-  
uarræ, & Henricum item Borbonium, prætensum  
Principem Condensem, Hæreticos, eorumq; poste-  
ros & successores: Ac liberatio Subditorum, ab  
omni fidelitatis & obsequij debito.*

R O M Æ.

Apud Hæredes Antonij Bladij Impresso-  
res Cameraleſ.

M. D. L X X X V.

卷之三

七言律詩

*Ad futuram rei memoriam.*

**A**b immensa æterni Regis potentia beato Petro, eiisque successoribus tradita auctoritas omnes terrenorum Regum, & Principum supereminet potestates, stabilique in petra consistens, nec yllis aduersantibus, vel etiam secundis flatibus à recto deflexa, inconcussa profert in omnes iudicia: & ne diuinæ maximè leges violentur, summa ope prouidet, & si quos ordinationi Dei resistentes inuenit, seueriore hos vindicta vlciscitur, & quāmuis potentiores de solio deiiciens, veluti superbientis Luciferi ministros ad infima terræ deturbatos prosternit. Quare pro incumbenti nobis Ecclesiæ omniū, populorum, ac gentium solicitudine, vt animatum salutis imprimis prospiciatur, & non solùm simulatus nostri, sed etiam omnia futura tempora impiis ac detestandis monstribus purgata cunctis Christiani Orbis partibus pacem afferant, & quietem: & præsertim amplissimo Galliæ Regno, in quo Christiana Religio omni tempore ita viguit, tantaque Regum illius pietas, fides, ac deuotio; tot in Romanam Ecclesiam merita extiterunt; vt ij iure optimo gloriosissimum Christianissimi cognomen ab ea sint consecuti; ac etiam ne nos de neglecta officijs nostri cura unquam apud Deum argui possumus, arma militiæ nostræ, quæ non carnalia sunt, sed potentia Deo in destructionem munitionum, nunc contra duos potissimum iræ filios, Henricum Borbonium quondam Nauarræ Regem, & Henricum

Borbonium olim Principem Condensem exercere compellimur. Ille enim quondam Rex, Caluini errores, atque hæreses etiam ab ineunte adolescentia fecutus est, pertinaxque earum patrocinium tandem exercuit, quoad claræ mem. Caroli Noni Francorum Regis, & charissimæ in Christo filiæ Catharinæ Reginæ eius matris pientissimæ, atque etiam dilecti filij nostri Caroli tit. s. Chrysogoni presbyteri Cardinalis Borbonij patrui sui, & Ludouici Mompensiæ Ducis, pijs frequentib[us]que hortationibus, apertisque eximiæ virtutis ac doctrinæ Theologorum demonstrationibus ad fidem Catholicam & Apostolicam Romanam (vt existimatatur) conuersus, hæreticas omnes contra fidem Catholicam opiniones Parisijs publicè in Ecclesia damnauit, anathematizauit, & abiurauit, fidemque ipsam Catholicam expressè professus est; datisque subinde suis ad se.re. Gregorium Papam XIII. prædecessorem nostrum literis, quibus eundem prædecessorem supremum Catholicæ Ecclesiæ caput iam agnoscēs, ipsum supplex deprecabatur, vt pœnitentiæ, conuersionis, & obedientiæ lux confessionem acceptam habere, & anteactorum veniam, remissionisque gratiam concedere dignaretur: firmiter promittens se fidem ipsam Catholicam perpetuò integrè, ac inviolatè seruaturū. Quibus literis, vt potè Regijs idem prædecessor credens & paternæ 'charitatis visceribus commotus, ac etiam grauissimo Regis, Reginæ matris, Cardinalis & Ducis prædictorum

ctorum de huiusmodi conuersione testimonio adductus, illum ipsum præteritos errores confitente, veniamque humiliter petentem à criminis hæresis & à censuris Ecclesiasticis propterea incursis absoluit, & in gremium Sanctæ matris Ecclesiæ communionemque fidelium admisit, omni inhabilitate ab eo sublata. Quin etiam ut arctiori, & firmiori vinculo ligaretur, cum eo, & Margarita dicti Caroli Regis sorore, quæ ex illa Christianissima stirpe nata, atque alta facile maritum in officio, & Religionis Catholice obseruantia continere posse sperabatur, dispensauit, ut non obstantibus impedimentis tertij, & aliorum forsitan inter eos graduum consanguinitatis, & cognationis spiritualis, matrimonium inter se contrahere possent, prout in facie Ecclesiæ contraherunt; excusisque deinde aliquot mensibus, ille Iohannem Duratij Dominum Oratorem suum, qui nomine suo de pœnitentia, conuersione, fide, & constantia sua in sedis Apostolice conspectu sponderet, ad dictum prædecessorem delegauit; habitoque pro eo publico, solemnique in aula Regia de more consistorio, in concessu Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, Prelatorumque & aliorum frequentissimo concursu, professis omnibus supradictis, idem Henricus tanquam Rex recens ad fidem conuersus, & ut Catholicus admissus est, tota Vrbe exultante, & ingentes Deo de conquisita & inuicta oue gratias agente Sed ille, ut erat vario & inconstanti animo, haud multò post à Catholica fide, & debita erga se

dein Apostolicam obedientia, cæterisque à se  
expressè, & cum iuramento professis deficiens,  
atque in eo, quo prius erat, cœno reuolutus, à  
Rege Christianissimo clam se subducens, colle-  
ctoque in loco ab ipsis Regis aula satis remoto,  
quām potuit copioso hæretorum scelerato-  
rum, aliorūmque id genus impiorum hominum  
numero, ibi ea omnia, quæ de Calvinismi dete-  
statione, hæresu[m] omnium abiurazione, ac Ro-  
manæ fidei Catholicæ & Apostolice professione  
antea fecerat, palam reuocauit: testificans, se Cal-  
vinismum ipsum profiteri; prout professus est,  
eisque hæresi pertinaci, & obdurate animo sem-  
per adhæsit; & in ea hucusque viuens, s[ecundu]m hæ-  
reticos perduelles, ac seditiones ( quorum caput,  
dux, & propugnator in Gallia, & etiam extero-  
rum hæretorum acerrimus fautor semper fuit  
ad arma contra prædictum Carolum, ac etiam  
charissimum in Christo filium nostrum Hen-  
ricum Regem Christianissimum, tametsi eum  
vt Regem, ac Dominium suum colere, vt foro-  
rium amare, & sequi debebat, omnis scilicet of-  
ficij, ac pietatis immemor, aduersus ipsum, & re-  
liquos Catholicos omnes concitauit, infestissi-  
mos exercitus, accitis etiam externarum natio-  
num hæreticis contraxit, à quibus omnia passim  
loca cruentis piorum hominum cædibus fœda-  
ta, sacra ei templa temerata & direpta, Sacerdo-  
tes, & viri religiosi cruciatibus trucidati sunt:  
oppida præterea, & munitiones Catholicorum  
partim insidijs, partim vi, & armis occupauit; &  
in eis

in eis Catholicæ Ecclesiæ ritus prohibuit, ac su-  
stulit, ministros, & concionatores hæreticos  
constituit, Ciues & Incolas ad eandem impieta-  
tem capessendam minis, verberibusque coegit.  
Sed ne hæc quidem satis sibi existimans, inter  
alios, intimum quendam suum nefarijs artibus  
suis instructum, extra Galliæ fines ad diuersa lo-  
ca misit, per quem cum primarijs hæreticis im-  
pia consilia sua communicauit, eorumque vires  
& arma contra Religionem Catholicam, & Ro-  
mani Pontificis potestatem prouocauit; conci-  
liabula quoque hæreticorum in diuersis Prouin-  
cijs habenda curauit; quorum nonnullis ( dum  
iniquissima illa fœdera contra fidem Catholi-  
cam, ac præfertim contra Ecclesiæ, Clerum, &  
vniuersos Catholicos Regni Franciæ tractaban-  
tur ) ille non solum interfuit, sed etiam præfuit:  
Henricus verò Borbonius Princeps Condensis,  
vtrōque parente hæretico genitus, cum illi exi-  
tialia Caluini dogmata, eorumque ministros  
pertinaciter in omni vita fouissent, eorundem,  
patris, ac matris sectatus hæreses, consimilia fa-  
cinaora etiam adolescens perpetrauit: deinde ea-  
dem illa, qua alter Henricus, opera, viam verita-  
tis pœnitentia, & humilitate cordis quantum  
conijci potuit, arripiens, detestatisque pariter; &  
abiuratis publicè omnibus hæreticorum errori-  
bus & deliramentis, fidem Catholicam, ut præ-  
fertur, professus est. Quibus ad eundem Pontifi-  
cem perlatis, ac etiam pro eo similibus precibus  
orrectis, ipse prædecessor illum, ac etiam quon-

Q

dam Mariam Clivensem prætensam coniugem  
suam, eodem tunc hæresis crimine infectam, si-  
mili modo pœnitentem, detestantem, ac profi-  
tentem ab hæresi & censuris huiusmodi absolu-  
uit, eosque in gremium Catholicæ Ecclesiæ, fi-  
deliumque consortium recepit; quinetiam ex  
paternæ charitatis abundantia, cum eis, vt non  
obstante impedimento secundi gradus consan-  
guinitatis, quo inuicem tenebantur, matrimo-  
nium inter se contrahere possent, dispensauit.  
Se d ille paulò post ad pristinam impieratem re-  
diens, deterrimaque illam viam, quæ signata, &  
impressa erat vestigijs quondam Ludouici Con-  
densis patris sui impissimi Catholicæ Ecclesiæ  
persecutoris ingressus, eisdemque vestigijs insi-  
stens, se quoque hæreticorum ac conscelatorum  
hominum dicti Regni Galliæ Ducem, ac defen-  
torem præstitit; militum hæreticorum extero-  
rum copias in Galliam transduxit, Vrbes & op-  
pida expugnare tentauit, Templa euertit, sacra  
violauit & populatus est, Sacerdotes indignis-  
modis necauit; ministrisque impietatum substi-  
tuens, peruersam illorum doctrinam publicari,  
& custodiri iussit; & denique omne feritatis &  
sæuitiae genus, tam in Dei ministros, quam in  
cæteros Catholicæ fidei cultores exercuit. Quæ  
omnia cum manifesta, publica, & notoria sint:  
cumque nobis plenè, & legitimè constet. præ-  
sertim ex processu tempore eiusdem fe. re. Gre-  
gorij Papæ predecessoris nostri confessio, & aliis  
quam-

quamplurimis documentis, & grauissimis testi-  
moniis, Henricum quondam Regem, & Henri-  
cum Condensem prædictos notorij, & inexcu-  
sabilis criminis hæresis, & in hæresim relapsos,  
atque etiam hæreticorum fautoriæ reos existere;  
Nos gladium vindictæ contra eos pro officijs  
nostris debito exerere coacti, vehementer indo-  
leimus, quod illum in hanc prolem detestabilem,  
ac degenerem inclitæ Bourboniorum familiæ, in  
qua spectatæ Religionis candor, & virtutis de-  
cuss, ac in sedem Apostolicam obseruantia omni  
tempore emicuit, pro his sceleribus conuertere  
debeamus. Itaque in præcelso hoc folio & in  
plenitudine potestatis, quam ipse Rex Régum, &  
Dominus dominantium, licet nobis indignis  
tribuit, constituti, auctoritate Dei omnipotētis,  
ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius, &  
nostra, ac de venerabilium fratrum nostrorum  
Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium cōsilio,  
pronuntiamus, & declaramus Henricum quon-  
dam Regem, & Henricum Condensem supradi-  
ctos fuisse, & esse hæreticos, in hærefes relapsos,  
& impoenitentes, hæreticorum quoque duces,  
fautores, & defensores inanifestos, publicos, &  
notorios, sicutque læsa Maiestatis diuinæ reos, &  
orthodoxæ fidei Christianæ hostes, adeò ut nulla  
possint se tergiuersatione, aut excusatione de-  
fendere ac proinde eos damnabiliter incurrisse  
in sententias, censuras, & pœnas factis canonici-  
bus, & constitutionibus Apostolicis, legib[us]que  
generalibus, & particularibus contentas, ac hæ-  
reticis relapsis, & impoenitentibus debitas, &

specialiter eosdem fuisse, & esse ipso iure priuatos, Henricum quondam Regem, videlicet prætenso Nauarræ Regno illiusque parte, quam adhuc obtinuit, nec non Bearni; alterum verò Henricum, Cōdensi, & vtrumque, eorumque posteros omnibus, & quibuscumque aliis Principatibus, Ducatibus, Dominiis, Ciuitatibus, & locis, feudis que, & bonis etiā emphyteoticis, & successionibus, necnō dignitatibus, honoribus, muneribus, & officiis, etiam regiis, ac iurisdictionibus, & iuribus, quæ de facto detinent, & ad quæ ius quomodolibet habuerunt, seu prætendunt, eosdemque propterea se illis reddidisse indignos; ac fuisse, & esse inhabiles, & incapaces ad illa retinenda, & alia huiusmodi in posterum obtainenda. Ac pariter eos ipso iure priuatos, & incapaces, ac inhabiles ad succedendum in quibuscumque Ducatis, Principatibus, Dominiis, & Regnis, ac specialiter in Regno Franciæ, in quo tot atrocias, & nefaria crimina patrarunt, ac Regno ipsi annexis dominiis, iurisdictionibus, & locis, cæterisque omnibus bonis, & rebus prædictis, & ad illa alias quomodocunque acquirendum, prout etiam ex abundanti, & in quantum opus est, nos illos, illorumque posteros priuamus in perpetuum, videlicet Henricum quondam Regem Regno Nauarræ, & illius parte, ac Bearni, & alterum Henricum Condensi, ac vtrunque, & eorum posteros aliis Principatibus, Ducatibus, Dominiis, Feudis, ac cæteris omnibus bonis, & rebus, necnon iure succedendi & acquirendi, aliisq; prædictis vniuersis, & singulis: ac etiam in perpetuum

inhabitamus eosdem, corūmque posteros ad illa, & ad successionē in quibusuis Principatibus, Ducatib⁹, Dominiis, Feudis, & Regnis, & signāter in Frāciæ Regno, & illi annexis omnibus supradictis, supplētes omnes iuris & facti defectus, si qui forsan interuenerint in eisdem. Quihetiam Proceres, Feudatarios, Vassallos, Subditos, & Populos Regnorum, Ducatum, Principatum, & aliorum Dominiorum prædictorum, etiā alium superiorem non recognoscentes, ac ceteros omnes, qui illis quomodo cunque iurauerūt, à iuramento huiusmodi, ac omni prorsus Dominij, fidelitatis, & obsequij debito perpetuo absolutos esse, prout nos illos omnes tām vniuersē, quām singulatim, auctoritate presentium absoluimus, & liberamus, præcipimūsque & interdicimus eis vniuersis & singulis, ne illis, corūve monitis, legibus & mandatis audeant obedire: qui secus fecerint, eos excommunicationis sentētia innodamus eo ipso. Cæterum eundem charissimum in Christo filium nostrum Henricum Francorū Regem Christianissimum per viscera misericordiæ Iesu Christi hortamur, rogamus, ac etiā monemus, ut memor præstatiſſimæ ſidei, & religio- ni Regum maiorum fuorum, quam quaſi hæreditatem longè ipso Regno potiorem ab eis accepit, memor etiam illius iuramenti, quod in eius coronatione de exterminandis hæreticis ſolēniter præſtitit, auctoritate, potestate, virtute, atque animi magnitudine verè regia ad executionē tā iuste huius ſentētiae noſtræ incumbat, ut ſcilicet in hoc quoque gratum ſe omnipotenti Deo exhib-


beat, & matri sua Ecclesiæ obsequium debitum  
persoluat. Præterea omnibus venerabil. fratribus  
nostris Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis  
per Regnū Franciæ, Nauarræ, Bearnj, & alia præ-  
nominata loco constitutis in virtute sanctæ obe-  
diætæ præcipimus, & mādaimus, vt cùm primūm  
harum literarum exempla ad eorum manus per-  
venierint, illa publicari faciant, & quantum in i-  
psis erit, ad effectum perduci curēt. Volumus au-  
tē, quodcā eadem præsentes nostræ literæ ad val-  
uas Basilicæ Principis Apostolorum, & in acie  
Campi Floræ de Vrbe, vt moris est, affigantur, &  
publicetur. quodque earum exemplis etiam im-  
pressis, ac notarij publici manu, & prælati Eccle-  
siastici, ciūscem Curiq sigillo obsignatis eadē pro-  
cessus fides in iudicio, & extra illud ubiq; gentiū ha-  
beatur, quæ haberetur ipsiſ presentibus, si essent  
exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino homi-  
num liceat hanc paginam nostræ pronuntiatio-  
nis, declarationis, priuationis, inhabilitationis,  
Suppletionis, absolutionis, liberationis, præcepti,  
interdicti, innodationis, hortationis, rogationis,  
monitionis, mandati, & voluntatis infringere,  
vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc  
attētare præsumperit indignationem omnipo-  
tentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Aposto-  
lorum eius se nouerit incursum.

Dat. Rome apud Sanctum Marcum Anno Incar-  
nationis Dominicæ millesimo quingentesimo octoge-  
simō quinto, Quinto Idus Septembbris, Pontificatus  
Nostrī Anno primo.

A. de Alexijs.

Fgo.

Ego Sixtus Cath. Ecclesiae Episcopus.



- † Ego Io. Anto. Episc. Tusc.  
Card. Sancti Georgij.
- † Ego M.S. Car. ab Altaemps.  
† Ego Iu. Ana. Card. de Arag.
- † Ego P. Car. Sanctacrucius.  
† Ego Gulielm. Car. Sirletus.
- † Ego Mic. Bo. Car. Alex.  
† Ego Lud. Car. Madritius.  
† Ego N. Card. Senonensis.
- † P. Card. Deza.  
† Ego Ant. Card. Carafa.  
† Io Ant Card. SS. Quattuor.  
† Io. Ba. Card. S. Marcelli.  
† Aug. Car. de Verona.  
† Ego Vin. Card. Montis Regalis.
- † Ego M. Car. S. Stephani.  
† Scipio Car. Lancelotus.
- † Ego Fer. Car. de Medicis.  
† Phil. Vast. Card. Cam.

† Iul. Ant. Sanctorius Cardin. †  
Seuerin.  
† P. Card. Cæsius. † Ego Vincē. Car. Gonzagā.  
† Ego Hier. Card. Rust. † Ego Fr. Car. Sforzia. S. Nic.  
† Ego Io. Hier. Car. Albanus. † Alex. Car. de Monteglio.

Anno à Natiuitate Domini millesimo quin-  
gentesimo octuagesimo quinto , indictione  
decimatertia , Die verò vigesima prima men-  
sis Septembris , Pontificatus sanctiss. in Chri-  
sto Patris , & D.N.D.Sixti diuina prouidentia Pa-  
pæ quinti Anno primo , Retroscriptæ literæ af-  
fixæ , & publicatæ fuerunt in Basilica Principis  
Apostolorum de Urbe , & in acie Campi Floræ  
per nos Hieronymum Lucium , & Nicolaū Tal-  
liettum , sanctiss. D.N.Papæ Curs.

Io. Andreas Panizza Mag. Cur.

Ioannes Cayanus Cur. Card. Came-  
raria Apostolice Ibotus Ful.

A	Papa vindicat.	99
<b>A</b> bsolutio Papalis pro iu- cestu nefario cum matre, in quinque assibus taxata. 82	<b>A</b> sinorum stupor cincta depa- storum.	208
absolutionum Papalium execra- bili taxatio. 82.83		
<b>A</b> ccusator non est idoneus, qui criminis alieius reus est 8.9	<b>B</b> aldi iudicium de Papa- rum insanis. 218	
<b>A</b> ctor allegans causas inten- tionis sue contrarias non au- ditur. 52	<b>B</b> aldi testimoniū de Papa Bo- nifac. 8.95	
<b>A</b> eneae Sylvi Papae improbi- ties. 121.130	<b>B</b> aptismus cāpanarum impius. 65	
<b>A</b> gnī cereoli Papalis blasphem- mia. 65	<b>B</b> artholus nō creditit Papam. 118	
<b>A</b> lberici Juris. execratio contra Papam. 84	<b>B</b> asiliensis concilij historia, ine- narrabilis. 119. & seqq.	
<b>A</b> lienata inter viuos non ca- dunt in testamentum. 149	<b>B</b> ella Paparum consilia nuper excitata. 123	
<b>A</b> llegationis falsitas reddit sen- tentiam nullam. 160	<b>B</b> ernardus appellat Papam do- minantem in Clerum, domi- nantem fidei, mox domina- turum Angelis. 61	
<b>A</b> nnianii Marcellini de Papa cruelitate historia. 122	<b>B</b> ernardus execratur Paparum fastidium. 142.146.147.196	
<b>A</b> nglici regni feudum sibi Papa vindicat. 98	<b>B</b> udæ libertas in hypocrisi Pa- parum irridenda. 191	
<b>A</b> nnatarum Papalium tributū. 73	<b>B</b> udæ <del>et apposita</del> in Papā. 111	
<b>A</b> ntichristi precursor Papa di- ctus à Gregorio. 61	<b>C</b>	
<b>A</b> ntiochensis Ecclesiæ dignitas. 155. & seq.	<b>C</b> āpanarum baptismus impius. 65	
<b>A</b> póstolici nomen à Papa pro- fanatum. 172	<b>C</b> anonistarum error in successio- ne Papali. 56	
<b>A</b> póstolici non ex loco, sed ex continuazione doctrinæ iudi- cantur. 171	<b>quomodo Cardinalis, &amp; Papa factus. 50</b>	
<b>A</b> ppellationes ad sedē Roma- nam dānatae à Bernardo. 162	<b>C</b> ardinalis Zabarella indicium de Papæ superbia. 89	
<b>A</b> rragonici regni feudum sibi	<b>C</b> aput Ecclesiæ ministeriale v- niuersum nullum. 57	

- Christianitatis pars maxima  
 Papatum repudiat. 9.10  
 Christus solus caput Ecclesie.  
 50. cui Papa nomen hoc cri-  
 pere conatur. 51  
 Christi regnum neque dimisio-  
 nem recipit, neque communio-  
 nem. 56  
 Cœna Dominica utriusque spe  
 ciei distributione requirit. 70  
 Coniugium sacerdotibus hone-  
 stum & necessarium. 68.69  
 Constantini fabula. 51.52  
 Constantiniæ donationis fa-  
 bula. 89  
 Constantiniæ donationis fig-  
 mentum. 128. & seqq.  
 Cosma Guimerij Senatoris Pa-  
 risiensis de Papatus iudicium.  
 119  
 Crimina notoria non requirunt  
 ordinem iudicialem. 181  
 Croatici regni feudum sibi Pa-  
 pa vindicat. 99  
 Crudelitas Paparum tyranno-  
 rum omnium crudelitatem ex-  
 superat. 125
- D
- D**aemonium Meridianum  
 Papa vocatus à Ber-  
 nardo. 228  
 Dalmatici regni feudum sibi Pa-  
 pa vindicat. 96  
 Danici regni feudum sibi Pa-  
 pa vindicat. 100  
 Decij & Canonistarū error. 56  
 Decij iudicium de Pape tyran-  
 nide. 165.253  
 Decretalis cuiusdā falsitas insi-  
 guis. 161. itē decreti cuiusdā. 61
- Decretalis nouit, contra Gallia  
 emissa, testis odij Papalis. 116  
 Decretalium falsitas 160  
 Diaboli amphibolia Papa illu-  
 sis. 18  
 Diaboli pactum cum Papa fa-  
 turo. 18  
 Diaboli testimonium pro Fran-  
 ciscanis. 27  
 Diæceses singulæ singulis Epi-  
 scopis attributæ. 154  
 Dispensaciones Paparum exi-  
 guo prelio venduntur. 210  
 Dominicus præstator Christo.  
 35. facilius itur ad Christum  
 per illum quam per Paulum. 56  
 Dominium ex pluribus causis  
 non acquiritur. 52  
 Dominiū nō nisi una ex causa  
 contingit. 144  
 Donations diuersæ requirunt  
 diuersa instrumenta. 156
- E
- E**cclæsia R. cogitur credere  
 fabulas Francisci & Do-  
 minici. 168  
 Ecclæsia R. Papa imperat, ut  
 Franciscanas fabulas credat.  
 29
- Episcopus uniuersalis Ante-  
 christi precursor. 55  
 Episcopi sunt morti Christi, no-  
 muti, aut doides. 59  
 Episcoporum descriptio vetus  
 per orbem Christianum. 58  
 Episcopi singuli sui definiti ter-  
 mini. 153  
 Eucaristia in ignem à Papa  
 coniecta. 28  
 Eucaristia Pape deportata

*biter calones, & meretrices.*

20. 21.

*Excommunicandi ordo legitimus.*

183. & seqq.

*Europa pendit maiora tributa*

*qua olim Imperatoribus.* 75

*Excommunicationis Papa contra*

*Regem Gallie.* 109

*Excommunicationum Papalium*

*ortus.* 219. 200

F

*Fæcum infectum fieri non*

*poteſt niſi à Papa.* 199

*Falsitas obligationis reddit ſen-*

*tentiam nullam.* 166

*Falsitas Papa in donatione Cō-*

*ſtatini.* 128. in donatione Lu-

*douci.* 134. & seqq.

*Famulatus Papa, dominatus*

*intolerandus.* 92

*Famulatus Papa Sixti domi-*

*natus intolerabilis.* 193

*Franc. Aretini consilium con-*

*tra Papa tyrannidem.* 119

*Francie Regis virtus in confun-*

*denda Papa insolentia.* 102

*Francie regni feudum ſibi Pa-*

*pa vindicat.* 101

*Franciscanorum 30. millia bel-*

*In Papalibus oblata.* 24

*Franciscus plura miracula fe-*

*cit qua omnes Apostoli 32.*

*nullis partibus ſuperat Iohā.*

*Baptiſtam.* 33

*Francisci preſtigiatoris figme-*

*ta impia.* 26. 28. 29

*Fridericus Imp. à Papa cōcul-*

*caus.* 91. 93

*G Alli per annos 22. Papa*

*rū iſtinctu miferē bel-*

*lia ciuitib[us] vexati.* 108

*Gallia exauſta fraudibus Pa-*

*pa Martini V.* 78

*Gallia quantum olim tributum*

*Cesarib[us] peperderit.* 75

*Gallie Regis virtus in reprimē-*

*da Pa[pa] audacia.* 102

*Gallorum reges unde Christia-*

*nissimi dicti.* 193

*Gallorum his annis viginti ce-*

*ciderant Pa[pa] iſtincti du-*

*decies centena millia.* 109

*Geronis de Pa[pa] impietate te-*

*ſtimonium.* 16

*Gregorius magnus uniuersalem*

*Episcopū appellat Luciferū.*

189.

H

*Hereticus nemo niſi mo-*

*nitus per cinax, & contu-*

*max.* 182

*Hereticus, qui Franciscanicus*

*fabulus non credit.* 29. 30

*Heretici definitiones vane.* 167

*Heretici regni feudum ſibi Pa-*

*pa vindicat.* 106

*Heretici tribus modis interno-*

*ſuntur.* 174

*Hereticorum iudiciorum for-*

*ma.* 173

*Hieronymus Romanus appellat*

*Babylonem & meretricem*

*purpuratam.* 147

*Hispani quo iure Nauarre re-*

*gnum occuparint.* 223. &

*seqq.*

*Hispanicus regni feudum ſibi Pa-*

*pa vindicat.* 104

*Hingaricus regni feudū ſibi Pa-*

*pa vindicat.* 105

- I
- I**asonis consilium de Papa in-  
corribili. 177.178  
**I**asonis iudicium de Papa tyra-  
nide. 165.233  
**I**esus typicus dictus, Fraciscus.  
25  
**I**mperator Pape strepam tene-  
re iubetur & eundem suis hu-  
meris baulare. 86  
**I**mperator prope à Papa inter-  
fictus. 17  
**I**mperatores qui & quot à Pa-  
pis excommunicati. 219  
**I**mperi Germanici feudum sibi  
Papa vindicat. 102  
**I**mpietas Pape triplex. 10  
**I**naudit, indicta causa, ini-  
stibuné damnantur. 179. &  
seq.  
**I**nstrumentum scripture pars  
esse debet. 136  
**I**ohannis XII Pape thesaurus  
incredibilis. 82  
**I**ohannis Fabri iudicium de Pa-  
pe superbia. 89  
**I**ndex rei proprie nullus idone-  
us. 9  
**I**ndex stultus iudicatur ex sen-  
tentia stultitia. 185  
**I**ndicis incompetens sententia  
ipso iure nulla. 9  
**I**ulius Papa Petri claves in  
Tiberim proiecit. 111
- L
- L**e pre morbus olim in Ita-  
lia restrictus. 139
- M
- M**iestas Regū à Papis  
cœculata. 90 & seqq.
- M**arsilius Patauinus ante 10.  
annos Papatum oppugnat  
54  
**M**atrimonium monachis tem-  
porale Papa concedit. 211  
**M**atrimonium sacerdotibus ho-  
nestum & necessarium. 68.69  
**M**ediator Dei & hominum  
solus Christus à Papa repu-  
diatus. 67  
**M**edicei principes in missa ne-  
cati Pape consilio. 19  
**M**issa lutea, hora post meridi-  
quarta. 199  
**M**onachorum ordines vary pro-  
varijs eorum religionibus. 13  
**M**onachis, tempore matrimonii  
Papa concedit. 211  
**M**onitionibus opus est ante ex-  
communicationem. 179
- N
- N**auarre regnum à Pape  
proditum. 211  
**N**eronis oratio eximia Pape  
conuenientissima. 107  
**N**icana Synodus Romano Pa-  
pe suos limites terminavit  
angustissime. 155  
**N**ostrum ex una tantum causa  
nostrum est. 52  
**N**otorium non indiget proba-  
tione. 181  
**N**atatio verbum Platoni &  
Apostoli commune. 182
- O
- O**peribus tributâ merita  
côtra Christi doctrinæ.  
69  
**O**sculum pedum Papalium à  
veteribus damnatum. 89

- Patriis diuisio inter liberos  
testamenti vim obtinet.  
149
- Papa conatur Imperatore ne-  
care. 17
- Papa Deum se appellat glo-  
riatur. 11.15.16
- Papa dispensat cum Monacho,  
ut vocem ducat ad tempus.  
210.211
- Papa Ecclesiam appellat suam  
sponsam. 12.
- Papa falsitatis coniunctus in co-  
cilio Niceno. 163
- Papa incorrigibilis membrum  
putridum à corpore ampu-  
tandum. 231
- Papa Medicos Principes ne-  
care conatur in missa. 19
- Papa perduellus humani gene-  
ris. 108
- Pape diuini honores attributi.  
II
- Pape iura & nomina à Cano-  
nisticis tributa. 13.14
- Pape pendit Europa maiora  
tributa, quam antiqui Impera-  
toribus. 75
- Paparum artes in regibus ex-  
teris ad bellum excitandi.  
115
- Paparum crudelitas in Gallos.  
114. & seqq.
- Paparum fiscus vorago Europee  
78.80.81
- Paparum simoniaca sacrilegia.
- 72.73. & seqq.
- Parisiensis senatus querela de  
Paparum avaritia. 76.77
- Parisiis tragedia nuptialis pro-  
pter Papae tyrannidem excor-  
ta. 162
- Pars iudicium maior dupliciter  
intelligitur. 9.10
- Pedum Papalium osculum ab  
antiquis damnatum. 89
- Petrus à petra, nō à petra Pe-  
trus. 60
- Petri Ferrarensis execratio  
contra Papam. 84. & seqq.
- Petro non dictum est pasce oves:  
sed Petri confessioni. 60
- Polonici regni fendunt sibi Papa  
vindicat. 105
- Practica Ferrarensis execratio  
contra Papam. 84. & seqq.
- Potestatem habet in purgatoria  
& inferis. 15
- Purgatoriū figmentum Christi  
sanguinis appositum. 67
- R
- Regis Gallie cum Papa  
bellum execrabile. 221
- Reges Europe omnes, Papae  
vassalli. 97. & seqq.
- Reges Papa strepam tenere im-  
bentur, & eundem suis hume-  
ris baiulare. 86
- Regum Gallie conatus omnes  
in comprimenda religione ina-  
nes. 124
- Regum Gallie virtus in Papis  
coercendis. 213.215
- Regnum omnium dominium  
sibi Papa vindicat. 97. &  
seqq.

- Religionem cogi non oportere.*      *extinguenda religione in antis.*  
 205  
*Religiones tot in Papatu, quoꝝ*  
*monachorum ordines.*      23  
*Res ad triarios Iesuitas rediſt:*  
*proverb.*      193  
*Rei sue acquisitione nulla est.* 136  
*Rerum memorabilium index.*  
*Romana Ecclesia iubetur cre-*  
*dere Franciscanorum imposturis*  
 30.31  
*Romana Papa gaza gorges*  
*insatabilis.*      78  
*Romana ciuitatis fæditas ab*  
*Italis exercata.*      187  
*Lud. Romani iudicium de Pa-*  
*pâ.*      230. & seqq.  
*Ruscie regni feudum sibi Papa*  
*vindicat.*      105  
 5  
**S**acerdotium cum temporali  
 dominatu non conuenit.  
 143  
*Sacramentum corporis Christi*  
*à Papa in ignem conieclum.*  
 18  
*Sacramenta tantum duo veter-*  
*res doctores agnoverunt.* 68  
*Scripture sacre studium vani-*  
*tatem religionum alienarum*  
*extinguit.*      25  
*Sedes Papæ stercoraria.* 203  
*Sedis Papalis tanta vis ut ses-*  
*sorem sanctificet.*      13  
*Senatus Parisiensis conatus*  
*inanis in extinguenda reli-*  
*gione.*      125  
*Senatus Parisiensis querele de*  
*Paparum auaritia.* 76.77  
*Senatus Tholosani studium in*  
 125  
*Sententia iudicis incompetenti*  
*ipso iure nulla.*      9  
*Siculi regni feudum sibi Papa*  
*vindicat.*      106  
*Sixtus Papa v. Franciscanoru*  
*cōmenta oraculorum loco ha-*  
*beri vult.* 32. à Veneto nobili  
*propter superbiā futilibus cō-*  
*sus.* 49. à Senatu Vene-  
*cietus.*      49  
*Sixti v. nomitus contumeliam*  
*execrabilis.* 94. latratus. 96  
*Sorbone sententia contra pa-*  
*pam.*      19  
*Sorbone iudicium de Papæ in-*  
*sania.*      218  
*Sortilegium Papa horribile de*  
*eucharistia in igne incēta.* 18  
*Stephani Papa pigmentum ri-*  
*diculum.*      138  
*Stultitia sermonis mentis stu-*  
*titiam arguit.*      185  
*Successio doctrine attreditur in*  
*Episcopis, non loci, aut sedis.*  
 57  
*Successor Christi Papa dictum non*  
*potest ultra ratione*      35  
*Successores alij iuris, alij rei, alij*  
*mūneris personalis.*      35  
*Superstitionis vis in animis nos-*  
*talium incredibilis*      93  
 T  
**T**entationis vitande anti-  
 ficium insigne à Frati-  
 canis excogitatum.      207  
*Testari non licet de alienatis*  
*inter viuos.*      149  
*Testia*

*Tessit in suo negotio nullus  
idoneus*

Z

*Traditiones papales Christi do-*  
*ctrinae contrarie. 63. 64. seqq.*

**Z** Abacelli Cardinalium de  
Papa. 232

Errata sic emendanda.

pag. 24. vers. 1. habent, & ab pag. ead. vers. 18. gnauiter  
obire pag. 25. v. 3. Sathanam & Papas tantum per pag. ead.  
v. 5. p̄aſſtingerent? ead. v. 11. attulerit primo p. 33. v. 5. quām  
impi ead. v. 10. in obtr. fint vſi pag. 47. v. 16. cuicuimodi  
pag. 48. v. 7. habenda eſſe iudicarunt. ead. v. 19. inducta  
ſunt. pag. 95. v. illum Anagniæ comprehendendum. pag.  
120. v. 11. anno cīc cccc x. pag. 135. v. 24. ex anno pag. 137  
v. vlt ad ſe ſubire pa. 142. v. 1. Gentilitias pa. 144. v. vlt. me-  
moretur. vt illorum pag. 207. vers. 10. ſumptam ex.

1445017

OCN 1428544932

1445017

1445017

1445017